ΟΡΘΟΤΟΝΙΑ,

SEU

TRACTATUS

DE

Tonis in Lingua Græcanica,

Illius linguæ ſtudioſis apprime utilis,

Et in illorum uſum in duos libros digeſtus;

Scriptus per R. F. *in ſacra Theologia Baccalaureum.*

Editio Quarta Prioribus Caſtigatior.

LONDINI.

Impenſis *Tho. Helder*, ad inſigne *Angeli* in vico *Little-Britain* dicto. 1673.

6 Sly 48 Univ. Press

X481.6
F84a
1673

REVERENDISSIMO
in Christo Patri ac Domino
D. JOANNI WILLIAMS,
Episcopo *Lincolniensi*, Regiæ
Majestati à secretioribus consiliis,
χάεις καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.

Amplissime Præsul!

EDidi ego, si placet, fœtum hunc, ante sexennium; sed in usum & conspectum unius tantùm adolescentuli, tum Academici, ἀνεψιοῦ μου. Et edidi illum tunc, sic, ut ursa solet suum parvulum, informem. Nuper duorum causâ, partim verò & meâ (recreandi scilicet à gravio-

hus studiis) lambi in formam, licèt non tam perfectam. Sic formatum verò videt fortè vir omni literaturâ insignis. Is suadet, ut iterum lambam, exemplis instruam, instructum in lucem & conspectum omnium edam. Hinc (magni enim æstimo illius tam præstantis viri tum suasum, tum judicium) iterum iterúmq; totum lambo, exemplis instruo, eísque, quàm potui, cùm appositissimis, tum selectissimis, Posterius verò eò libentiùs, ut, quemadmodum in sole ambulantes, licèt non eà causâ ambulent, tamen soleant colorari; ità pueri & adolescentuli

hunc

hunc libellum pervolutantes; etſi tantùm Orthotoniæ Græcæ ergô id faciant, tamen unà etiam in ipſa lingua proficiant. Hoc autem dum præſto, video excreſcere ulteriùs, quàm volebam: video, ſi pergerem ſic omnia exemplis illuſtrare, ſcripturum me non, quod inſtituebam, εἰσλαελθὼν, ſed εἰσελθὼν: video denique lectori me fore non mediocri tædio. Hinc reprimo mè: unde licèt primò ſim exemplis forſan profuſior, quàm aliqui vellent, poſtea ſum (præſertim in capitibus alioqui longioribus) parcior, quàm fortaſſe aliqui cuperent.

Hæc ἁπλοϊκὸς loco, tum quòd

πιαὶ ſε

πιά ſcripſerim, tum quòd πίως. Et quidém παντὶ ἂν μέσως με, non dubito, quin excuſent. In totum verò fortaſſe non excuſant, cùm præſertim & ætate πρεσβύτης, & munere πρεσβύτης & πατρὶ meditatus ſim.

Hìc igitur, Reverendiſſime antiſtes (ignoſce audaciæ) tuum imploro patrocinium. Eò verò confidentiùs imploro, quia, quanquam cum laude ſumma διατάσσεις tuæ præſides, tamen non iiſdem, quibus illa, terminis continentur cogitationes tuæ: ſed Tu in ſempiternam Tuî memoriam cogitas & alia, Tu & ſcholaſtica cogitas, cogitas Academica; ídque ità, ut non

non modò literarum Græcarum (quanquam & illarũ) sed etiam omnis bonæ literaturæ Patronum publicum Te esse palàm professus sis. Quid enim aliud sibi voluit singularis Tua cura de Græcæ linguæ cathedrâ, apud *Cantabrigienses* Professore egregio ornandâ? Quid aliud sibi volunt reditus, quibus scholares, quibus socii & nunc aluntur, & in omnem posteritatem alendi sunt, à te donati, & in perpetuum confirmati? Quid bibliothecæ magnificentissimæ immensis sumtibus à te, tum exstructæ, tum libris omne genus exquisitissimis magìs magísque ad hunc usque

diem instructæ? Denique quid aliud sibi volunt & alia plurima, quæ partim peregisti, partim in mente, in manibus habes peragenda?

Quocirca, Reverendissime in Christo Pater, dum lucubratiunculæ istæ prodeunt in lucem, hominúmque oculos, manus; autori, obsecro, sub alis tuis latere liceat. Utcunque, Deus Opt. Max. te tantum Ecclesiæ suæ & lumen & columen sub alis suis diu conservet in terris, & tandem in æternum coronet in cœlis.

Amplitudini tuæ devotissimus

R. Franckl in.

CHARISSIMO meo amico & vicino Magistro FRANCKLIN.

OPinor, me nihil omisisse eorum, quæ in scripto, quod mihi relegendum tradidisti, operâ meâ viderentur indigere: aut, si omisi, non ego accusandus, sed, quæ ita me occupatum tenuerunt nuper, negotia, haud unius generis, ut isti tuo vix manum admovere, nisi horis subreptitiis, sinerent.

De scripto ipso, si vis, ut proferam sententiam meam, sic paucis habe: utile est, eruditum est, & (ut in re, suâ naturâ aliquantulum perplexa, valdè perspicuum. Facili enim methodo, crebrisq; transitionibus hoc ubique obtines, ut non habeat vel fastidiosus lector, de quo conqueratur. Porrò in exemplis colligendis eum adhibuisti delectum, ut rarò cites aliquid ex

præstantissimis autoribus (Tales enim maximè tibi videntur esse familiares) quod non γνώμην aliquam insigniorem, aut admonitionem de re aliqua salubriorem in se contineat. Quòd si qui pœtarum Græcorum lectione, Homeri imprimis, delectentur, (quales sunt quàm plurimi) ii, si me audient, tuum de tonis libellum sibi primo quoque tempore comparabunt, quò illo, tanquam Ariadnes filo, in dialectorum vix meabili Labyrintho dirigantur. Quodenim alii pro παρέργῳ habuerunt, & obiter duntaxat attigerunt, tu, ut ἔργον, excolendum tibi atque ornandum sumsisti, non rejiciens in calcem alicujus libri, quæ de tonis dicenda habuisti, sed integrum de hoc argumento librum conficiens. Me librum tuum legendo nonnihil profecisse lubenter profiteor: & quod mihi profuit, aliis profuturum etiam confido. Quocirca (doctissime amicissimèque vir!) si hoc mihi concedis, ut aliquâ apud te

sim

sim autoritate, nè dubitos doctorum oculis dignum opus luce publicâ donare, quò lucerna tua non sub modio diutiùs lateat, sed luceat (sicut par est) super candelabrum.

Septemb. 21.
1619.

Tuî amantissimus,

Jo. Boisius.

Gra-

Graviſſimo Viro mihíque amiciſſimo Mro *Francklin.*

Clariſſime vir!

QUantùm mihi licuit per negotia, quæ mihi incumbunt, quotidiana, legi diligenter hunc tuum faſciculum myrrhæ: quo manifeſtò monſtras, te in illius linguæ peritiâ excellere, quam multi nunc dierum ambiunt, pauci aſſequuntur. Ede bonis avibus hunc Minervæ tuæ fœtum, in ſe ſatìs compendioſum, at fructu ingentem. Ede, aut ego te dicam & famæ tuæ deeſſe pariter & Reipub. literariæ invidere.

Raptim à Trinitatis
Collegio calendis
Junii, 1629.

Tuî amantiſſimus,
Robert. Crittonus,
Græcæ linguæ Profeſſor.

Intimo

Intimo meo amico & vicino Mro Francklin.

Quin prodi, tandem prodi : tua nota facultas
Cedro digna loqui, ſcribere digna cedro.
Eſt opus eximium, quod nunc facis : & tibi cuncta
Debebit grates reddere Græca cohors.
Sed tibi tractatus multi multò meliores,
Qui decorare queant pulpita, prela, ſcholas.
Sunt, ſunt, nota loquor ; tineis monumenta, futuro
Quæ proſint ſæclo, talia, tanta dabis ?
Pulpita cùm te jam plùs quàm ſex luſtra celebrem

Reddi-

Reddiderint, reddant prelâque te celebrem.
Te Chriſtus plùs quàm duodenâ prole beavit:
Chriſticolas calami prole beato tui.
Cunctatus nimis es: tondenti candida barba
Cum cadit, hoc dicit, Fac citó. Plura cupis?
Hoc Deus, hoc homo vult, hoc ille tuiſſimus: iſtoc
Maturè cunctis, queſo, labore place.

Tuiſſimus, inquam;

Robert. Kidſonus.

Lectori

Lectori χαίρειν ἐν τῷ κυρίῳ.

OMnium linguarum, quæ unquam fuerunt, ſunt, aut erunt, Græcam multò copioſiſſimam eſſe nemo, opinor, doctus dubitat. Ex omnibus tamen, quæ occurrunt in linguâ tam copioſâ, vocibus, nè una quidem eſt (decem & ſeptem ſi excipias) quin accentum ſuum, quo, quaſi veſte, induatur, habeat. Imò & ex illis ipſis (quas dixi) ſeptendecem aliquæ aliquo in loco, aliquâ in ſignificatione tonum ſuum & habent & induunt. Sunt quidem nonnullæ, quæ, quanquam habeant tonum, quo veſtiantur, ſuum, tamen eum in præcedentem doctionem inclinandi miram quandam habent inclinationem, eam ſcilicet, ut, niſi inclinent, pleræque plerumque eum prorſus amittant. Quæ verò tonum pictum & habent & retinent, illæ ipſæ (præſertim quæ variantur) non omnes ſemper habent eundem

eundem tonum, aut ſuper ſyllabam eandem: ſed nunc hunc, nunc illum, nunc ſuper hanc, nunc ſuper ſyllabam illam. Numeri, caſus, modi, temporis, perſonæ varietas mirè variat & tonum & locum toni. Utrumque etiam mirificè variat ſyllabarum quantitas, contractio, literæ vel ſyllabæ cum adjectio per Proſtheſin, Epentheſin, Paragogen, tum ablatio per Aphæreſin, Syncopen, Apocopen. Denique ipſius dialecti, ſignificationis varietas tonum, toni locum mirè variat.

Jam verò hæc omnia cùm ità ſe habeant, quæ voces nudæ relinquendæ ſint, quæ veſtiendæ, &, quæ veſtiendæ ſunt, quomodo & ubi, ſi quæris, hoc eſt, quod in hoc βιβλίῳ enucleare & quaſi ad vivum reſecare (quoad ejus fieri potuit, & in libello) conatus ſum.

Cauſſas ſi quæris, præcipuæ hæ ſunt: Primò ſæpius vidi non modò pueros in ſchola Grammatica, ſed & juvenes in Academia (ut non dicam viros) Græcam linguam alioqui admodum callentes, tamen in loquendo, præſertim ſcribendo, quod ad tonum attinet, fœdè hallucinari. Secundò, huic morbo medicinam ut adhiberent, cùm multi calamo manum admoverint, omnes, quos mihi videre contigit, id ſic præ-

præſtiterunt, ut, etſi eis gratias agam, & eorum operâ in hoc opere me adjutum eſſe non negem; tamen audacter affirmem, præſtari id poſſe in permultis, etiam ad doctrinam quod attinet, multò perfectius, penè in omnibus ad intelligentiam & memoriam multò accommodatiùs.

Quid eſt igitur? Egóne jam tandem ſubtrahendo, addendo, meliùs componendo, aptiùs diſponendo paravi tibi medicamina efficaciora? Sanè ſunt, qui ità cenſent. Quid ſentiant inter alios duo viri, Græcæ linguæ columnæ, hic per Academiam, vel potiùs hanc totam Inſulam, ille doctiſſimis ſuis in Chryſoſtomum annotationibus per totum Chriſtianum orbem celeberrimus, ipſe jam * vidiſti.

* *In Epiſtolii ipſorum præcedentibus.*

Qualia, qualia ſunt, nunc tibi in manibus ſunt: ſi arrident, utere, fruere.

Dat. Elſworthiæ 13 Calendas Decemb. 1629.

Tuus R. F.

Ad

Ad LECTOREM.

AD mare si nescis certò tibi quà sit eundum,
Amnem quære, viæ dúxque sit ille tuæ.
Græcos ritè tonos si nescis pingere, parvum
Pingendi ritè hunc volve, revolve librum.
Ille quidem certus dux est, dux certus & iste:
Tardè ille ad metam ducet, at iste citó.
Iste, tonus quando non est, quando est, ubi, qualis
Pingendus, plenè perspicuéque docet.
Utque tonos plenè doceat, docet & dialectos.
Sic, ut & has uno scire labore queas.
Pleraque & exemplis illustrat talibus, ipsam
Ut linguam juvet, ut mentem animúmque juvet.
Quid plura? Est liber hic perparvus mole, sed ingens
Fructu: tu fructum carpe legendo librum.

Per autoris* ἀνεψιὸν

Franciscum Hobman.

* Licèt non illum, qui primam scribendi ansam ei præbuit.

SUMMA CAPITUM LIBRI PRIMI.

CAP. 1.

'ΟΡΘΟΤΟΝΙ'ΑΣ definitio & partes.

CAP. 2.

Accentus quid ſit, quæ ejus ſpecies, & in quas & quales cadant ſyllabas.

CAP. 3.

Accentus gravis quando pingatur, quando non.

CAP. 4.

Quæ dictiones tonum pictum habeant, & quæ ex ſe non habeant.

CAP. 5.

De dictionibus ex accidenti tonum pictum non habentibus.

CAP. 6.

De enclíticæ vocis definitione, & de nominibus encliticis.

CAP. 7.

CAP. 7.
De encliticis pronominibus.
CAP. 8.
De verbis encliticis.
CAP. 9.
De encliticis adverbiis.
CAP. 10.
De encliticis conjunctionibus.
CAP. 11.
De vocum encliticarum accentûs sui inclinatione.
CAP. 12.
De encliticarum amissione accentûs per non-inclinationem.
CAP. 13.
Accentuum ratio pro syllabarum quantitate.
CAP. 14.
Accentum ratio in contractione.
CAP. 15.
Accentûs ratio in voce, cui contigit Prosthesis.
CAP. 16.
Accentûs ratio in vocabulo Epenthesin passo.
CAP.

CAP. 17.
Accentûs ratio in dictione Paragogen passa.
CAP. 18.
Accentûs ratio in dictione passa Aphæresin.
CAP. 12.
Accentûs ratio in voce Syncopen passa.
CAP. 20.
Accentûs ratio in dictione, cui accidit Apocope.

Summa

SUMMA CAPITUM LIBRI SECUNDI.

CAP. 1.

De accentibus articulorum.

CAP. 2.

Accentuum ratio in omnibus casibus, cùm nominum substantivorum, tum quorumcunque adjectivorum, excepto recto singuglari.

CAP. 3.

De accentu fœminini & neutrius generis in recto singulari adjectivorum omnium.

CAP. 4.

De accentu generis masculini in recto singulari adjectivorum comparativi & superlativi gradûs.

CAP. 5.

De accentu recti singularis in nominibus

minibus ſubſtantivis, & maſculini recti in poſitivo gradu adjectivorum.

CAP. 6.

De accentibus Pronominum.

CAP. 7.

Accentuum ratio in omnibus perſonis verborum omnium, cùm ſimplicium tum compoſitorum, exceptâ ſecundâ ſingulari in modo imperativo, & primâ ſingulari in modis reliquis.

CAP. 8.

De accentu ſecundæ ſingularis modiimperativi, & primæ ſingularis reliquorum modorum in verbis ſimplicibus.

CAP. 9.

De accentu ſecundæ ſingularis modi imperativi, & primæ ſingularis modorum reliquorum in verbis compoſitis.

CAP. 10.

De accentibus temporum modi infinitivi

finitivi in verbis omnibus, tum simplicibus, tum compositis.

CAP. 11.

De accentibus Participiorum.

CAP. 12.

De accentibus Præpositionum.

CAP. 13.

De accentibus Adverbiorum.

CAP. 14.

De accentibus Conjunctionum.

OPOO

ΟΡΘΟΤΟΝΙΑΣ

Liber Primus.

De natura & ratione accentûs in genere.

CAPUT I.

ΟΡΘΟΤΟΝΙΑΣ *definitio & partes.*

1. Ὀρθοτονία est Prosodiæ pars de tonis seu accentibus.

2. Ὀρθοτονίας in lingua Græca partes duæ: una de natura & ratione accentûs in genere; altera de tonis singularum orationis partium in specie.

CAPUT II.

Accentus quid sit, quæ ejus species, & in quas & quales cadant syllabas.

1. Accentus est, quo syllaba in dictione elevatur aut deprimitur, [a] aut elevatur simul & deprimitur.

[a] *Hoc permulti Grammatici omittunt; sed sine damno perperam.*

2. Est autem triplex: acutus, gravis, circumflexus.

3. Acutus ab imo obliquè ascendit instar sagittæ surgentis,——————————ut´.

4. Gravis à summo obliquè descendit instar sagittæ cadentis,——————————ut`.

5. Circumflexus ex utroque compositus utrumq; refert, perfectè quidem in lingua Latina, ut ^; ex parte etiam in Græca,——————————ut~.

6. Acutus elevat syllabam quam afficit, gravis deprimit, circumflexus [b] elevat pariter & deprimit.

7. Acutus cadit in [c] syllabam anteponultimam, penultimam & ultimam, ut in eleganti illo *Menandri* versiculo Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. i. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.*

8. Circumflexus cadit tantùm in penultimam & ultimam: ut

Hesiodus. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. i. *Ante virtutem dii sudorem posuerunt.*

Nota verò hic,

Vocem cum [d] enclitica compositam non haberi in ratione accentuum pro unica dictione, sed duabus. *Sic nec* ὅστις~ (*cujascunq;*) *pro unica habetur, nec* ὅτινι (*cuicunq;*) *nec* οἵστισι (*quibuscunque*) *nec* ε τοῖσδε (*his*) *ideóq; nec* (*quod Poëtæ pro eo per Paragogen dicunt*) τοῖσδεσι, *aut* τοῖσδεσιν, *aut ulla ejuscemodi.*

---

[b] *Sic & Vergara & Sylburgius, & proculdubio rectè, quanquam tonum hunc nos Angli in pronunciando vix aut assequimur, aut forsan possumus assequi.*

[c] *In syllabam, inquam, licèt interdum quidem duncaxat* (*per signum vocalis rejectæ*) *subintellectam. ut ἄ ̓δωκας, ὦ ̓ταν. Vide hujus libri caput* 18.

[d] *Quæ voces sint inclíticæ, vide caput* 6,7,8,9,10.

[e] *De enclítico dè vide ca.*10. *articulo* 3.

9. Gravis

9. Gravis in omnibus ſyllabis ſubintelligitur, quibus nec acutus inſidet, neque circumflexus: ut in voce βαλεαχορυομαχία (*ranarum & murium prælium*) *omnes ſyllabæ gravantur præter* χί.

10. Vocabulum, in ultima ſyllaba tonum ſuum pictum habens, non circumflexum, naturâ illam acuit.

11. Vocabulum, in ultima ſyllaba acutum, appellatur ὀξύτονον, acutitonum. Acutum in penultima dicitur παροξύτονον ϗ βαρύτονον, *penacutum & gravitonum*. Acutum in antepenultima vocatur προπαροξύτονον ϗ βαρύτονον, *antepenacutum & gravitonum*.

12. Vocabulum verò in ultima ſyllaba circumflexum, vocatur περισπώμενον. Circumflexum in penultima dicitur παροξυτώμενον ϗ βαρύτονον.

13. Acutus & gravis cadunt in ſyllabam brevem & longam: ut

Phocylides. Λαός τε ϗ πῦρ ϗ ὕδωρ ἀναλάχελα πάντα. i. *Populus, igniſque & aqua ſunt omnia ejuſmodi, ut non poſſint contineri.*

14. Circumflexus cadit duntaxat in ſyllabam naturâ longam.

Hìc verò duo nota.

Primò nota,

Syllabam eſſe naturâ longam, quæ in ſe complectitur vel

- [a] Diphthongum longam.
- Longam vocalem.
- Vocalem communem (ut α, ι, vel υ) aut
  - ſine poſitione
  - (ſi & poſitione) non ſolâ poſitione

} producta.

[a] *In ratione accentuum ſunt Diphthongi breves. Vid.* 13. *in nota generali.*

Nota ſecundò,

Quare vocalis communis vel extra poſitionem in aliquibus dictionibus ſemper producatur, vel in poſitione non ſolâ poſitione longa cenſenda ſit, ex optimo magiſtro uſu eam circumflectente intelligi. Hinc uſu duce alpha in μᾶλλον, θρᾶγμα, θρᾶξις circumflectimus, cùm in ἄλλον, ταγμα, τάξις non circumflectamus.

CAPUT 3.

Accentus gravis quando pingatur, quando non.

1. ACcentus gravis nunquam pingitur, niſi in ſyllaba ultima; nec in ultima, niſi quando acutus in eam cadens vertitur in gravem.

2. Omnis autem acutus finalis (exceptis tantùm tribus locis) vertitur in gravem: ut *quinquies in illo uno Theognidis hexametro,*

Οὐδὲν θαυμαστὸν, Πολυπαίδη· οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς, &c. i. *Nihil mirum, Polypæda (ſi non placeam omnibus) Neque enim Jupiter,* &c.

3. Excipiuntur verò (ut dixi) tres loci: quippe in quorum ſingulis acutus finalis remanet non converſus in gravem.

4. Primus locus eſt membri aut periodi finis: ut αὐτός. α' ὐτόν. Πῶς γὰρ ἔ; Pythagoras.--- Παντῶν δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν. i. *Reverere verò ſupra omnes teipſum,* i. *conſcientiam tuam.*

5. Secundus locus eſt ante [a] encliticam in eodem membro, aut periodo eâdem non retinentem accentum ſuum: ut οὐδέν ἐστι. Diphilus. Βέβαιον οὐδέν ἐστιν ἐν θνητῷ βίῳ. i. *Nihil firmum eſt in mortali vita.*

[a] *De encliticis vide,* c. 6. &c.

Sed

Sed dixi, *non retinentem.* Nam si[b] enclitica tonum retineat, tum acutus in eadem sententia eam præcedens vertitur in gravem: ut κακὸς εἶ.

[b] *De enclitico vide c.8.*

Epictetus, si Stobæo credimus. Εἰ βέλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον, ὅτι κακὸς εἶ. i. *Si vis esse bonus, primò crede, quòd es malus.*

6. Tertius locus est in interrogativo τίς & τί: ut Theognis & Solon --Τίς κ' ἀν κορέσειεν ἅπαντας; i. *Quis satiaverit omnes?*

Pindarus. Pyth. idyl. 8. Τί δέ τις, τί δ' οὔ τις; Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. i. *Quid verò est aliquis, quid nullus? Umbræ somnium homines.*

CAPUT 4.

Quæ dictiones tonum pictum habeant, & quæ ex se non habeant.

1. Reliqua præcepta de accentibus in genere sunt de
- dictionibus tonum pictum
  - habentibus, ex se.
  - non habentibus
    - ex accidenti.
- ratione accentûs
  - pro syllabarum quantitate.
  - contractione.
  - in literæ vel syllabæ
    - adjectione per
      - Prosthesin.
      - Epenthesin.
      - Paragogen.
    - ablatione per
      - Aphæresin.
      - Syncopen.
      - Apocopen.

2. Una dictio, quotcunque in se syllabas complectatur, unum tantùm accentum pictum habet.

nisi & secundus ei ab enclitica proximè sequente appingatur.

3. Omnis verò dictio unum habet accentum pictum, exceptis septendecem; quæ ex se nullum habent, & aliis quibusdam, quæ ex accidenti habent nullum.

* *Possellius recenset tantùm 12. Bailius tantùm 13. & inter illas unam (nempe τοί) quæ in harum numero reponi non debet. Vide exemplum ejus cap. 9.*

4. * Septendecem, inquam, ex se (id est, suum) tonum pictum nullum habent: videlicet in Articulo quinque, in Præpositione sex, in Adverbio tres, in Conjunctione duæ, & præterea una, quæ modò est adverbium, modò conjunctio.

5. In Articulo, inquam, quinque, videlicet ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, & αἳ Doricum tum pro ἡ, tum pro τά.

Exempla.

Ὁ.

Phocylides. Ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ ἀξάμενος καὶ ὁ κλέψας. i. *Ambo fures, tum qui recepit, tum qui surripuit.*

Ἡ.

Hesiodus. Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τοῦ βουλεύσαντι κακίστη. i. *Malum verò consilium consultori pessimum.*

Οἱ.

Homer. Odyss. ς. Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀμείνους. i. *Plurimi patre deteriores, meliores pauci.*

Αἱ.

Aristot. in Ethic. Αἱ μὲν ἀρεταὶ προαιρέσεις τινές, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. i. *Virtutes sunt quædam electiones, aut non sine electione.*

A 2

A᾽ pro ἡ.

Euripid. in Hercu. furen. Α᾽ δ᾽ ἐρέτα βαίνει δι᾽ [a] μοχθῶν. i. *Virtus incedit per labores.*

[a] *Doricè pro μόχθων. Vid. lib. 2. c. 5. Sect. 1. artic. 5.*

A᾽ pro τά.

Archytas Pythagoræus. Τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν αὐτὰ ὅτι δι᾽ αὑτὰ αἱρετά, τὰ δὲ δι᾽ ἕτερον. i. *Bonorum hæc quidem sunt ipsa propter se eligenda, illa verò propter aliud.*

Duntaxat hìc est partim { excipiendum. notandum.

Excipe primò,

Quòd cùm usurpantur pro ὅσα, ἄυλη, ἕνι, ἄυλαι sine μὲν vel δὲ, tonum suum habent.

Homer. Il. α. —— ὃ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. i. *Hic enim venit ad celeres naves Achivorum.*

Excipe secundò,

Quòd ὅ, cum neutraliter usurpatur pro τοῦτο, vestitur etiam tono suo.

Il. χ. Πάτροκλον κλαίωμεν· ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. i. *Patroclum deploremus. Hoc enim decus (seu hic honor) est defunctorum.*

Sed tum est neutrum genus articuli præpositivi per Aphæresin literæ τ.

Nota,

Ὅ accentu indutum sonare etiam interdum *quod*, interdum (ut Il. α.) *qui*, interdum (ut Il. σ.) *quia*. Sed in nulla harum omnium significationum est articulus præpositivus, quo de nunc agitur. Sed in prima est neutrum genus articuli subjunctivi; in secunda est ejusdem masculinum genus per Apo-

copen literæ ς; in tertia est conjunctio pro [a] ὅτι per Apocopen syllabæ τι. [a] Vide c. 20.

6. In Præpositione etiam (ut dixi) quibus tonus suus nullus est, sex sunt, nimirum εἰς, ἐκ, ἐν, & ἐς Atticum pro εἰς, ἐξ ante vocalem pro ἐκ, ἐν Poëticum pro ἐν.

Exempla.

Εἰς. | Phocylides. Ἄχρηον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ πτωλὸν ἀδήγει. i. *Tecto destitutum in ædes recipito, cæcúmq; manu ducito.*

Ἐκ. | Theognis. Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥοδέα φύεται οὔθ' ὑακινθος. i. *Neque enim ex squilla nascuntur rosæ, neq; hyacinthus.*

Ἐν. | Idem. Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔνι. i. *Justitia in se virtutes continet omnes.*

Ἐς | Phocylides. Τὸ ξίφος ἀμφιβάλλου μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν. i. *Gladio accingere non ad occidendum, sed ad defendendum.*

Ἐξ. | Idem. Ἐργάζου μοχθῶν, ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς. i. *Operare & labora, ut ex proprio vivas.*

Ἐν | Theocritus Idyl. 16. Ὄφρα καὶ ἐν ἄιδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς. i. *Ut etiam post mortem bonus prædiceris.*

Duntaxat excipe,

Quòd ἐξ in fine versûs, ut & periodi induitur tono.

[a] *Sic habetur in plerisque codicibus.*

Theocr. Idyl. 25. --- Οὐ σέ γε ἐκμὶ κακῶν [a] ἐξ Ἔμμεναι. i. *Non te ex malis natum esse statuo.*

7. In adverbio etiam voces tales tres sunt, scilicet ἐ, & pro ὅ ante vocalem tenuem ἐκ, ante aspiratam ἐχ.

Exempla.

Exempla.

Οὐ. | Phocylides. Οὐ φθονέει μοῦνη πολὺ κρείσσων ἠελίου αὐγαῖς. i. *Non invidet luna ſolis radiis, licèt ſuis ſint multò præſtantiores.*

Οὐκ | Odyſ. ω. —— Θεόθεν δ' οὐκ ἔστ' ἀλέασθαι. i. *Fieri non poteſt, ut quis fugiat à Deo.*

Οὐχ | Odyſ. χ. Οὐχ ὁσίη κλαυθμοῖσιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. i. *Non eſt fas interemptis viris inſultare.*

Duntaxat hîc excipiendum eſt { Primó. Secundó.

Excipe igitur primò,

Quòd ante punctum ὅ plerumque tonum induit: ut ſæpenumero apud Platonem, Πῶς γὰρ ὅ; *Quid ni?*

Sed dixi *plerumque*. Nam[a] non ſemper.

[a] *Semper inquit Voſſelius. Non recte.*

Epictetus. Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ὅ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. Χωλότης σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ὅ. i. *Morbus corporis eſt impedimentum; electionis verò non eſt, niſi ipſa velit. Claudicatio pedis eſt impedimentum, electionis verò non item.*

Secundò excipe,

Quòd ante punctum plerumque etiam habent tonum ſuum ὁκ & ὁχ.

Theocr. Idyl. 4. Οὔκ· ἀλλ' Αἴγων. i. *Non: verùm Ægonis.*

8. In conjunctione item ſunt, ut dixi, duæ: niminum εἰ, & Doricum αἰ pro εἰ.

Exempla.

Εἰ. | Phocylides. Εἴ τις ὃ δεδάηκε τέχνιον, σκάπτοισιν δικέλλῃ. i. *Si quis artem non didicerit, fodiat bigone.*

Ai | Archytas Pythagoræus. Ὁ ἔχων πῶ ὄψιν, αἰ μὴ ἔχοι φῶς, οὐκ ὄψεται. i. *Qui visum habet, si lucem non habeat, non videbit.*

9. Præterea una vox est tono suo picto carens, quæ est modò adverbium, modò conjunctio; scilicet ὡς.

Exempla.

Ὡς Adverbium.

Odyss. ε. Ὡς αἰεὶ τὸ ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸ ὁμοῖον. i. *Ut semper similem ducit Deus ad similem.*

Ὡς Conjunctio.

Pythagoras. ----Γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι. i. *Scito quidem, quòd omnibus destinatum est mori.*

Duntaxat de ὡς adverbio excipe primò,

Quòd, cùm immeditatè præponitur puncto, sortitur tonum pictum: ut Il. γ. πάλεκυς ὡς, *tanquam securis.* Il. ο. κύων ὡς, *tanquam canis.*

Secundò,

Quòd idem etiam facit, cùm usurpatur pro ἕως, sic.

Odyss. α. Ὡς ἐπὶ τὸν ὄτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην. i. *Sic locutus Minervam currentem (ut aiunt) incitavit.*

CAPUT 5.

De dictionibus ex accidenti tonum pictum nullum habentibus.

1. EX accidenti dictio accentum suum pictum nullum habet, cùm eum vel prorsus amisit, vel in præcedentem dictionem inclinavit.

2. Prorsus

2. Prorſus autem amittit vox accentum ſuum pictum vel ex Compoſitione, vel ex Aphæreſi, vel ex Apocope, vel (enclitica cùm ſit) ex non-inclinatione.

3. Ad compoſitionem quod attinet, cùm ex duabus aut pluribus vocibus per compoſitionem una fit, omnium, præterquam unius, tonus pictus prorſus amittitur; quia uni voci [a] unus tantùm eſt ſuus & proprius, ut χαλᾶν ἔχειν, καλὸς κἀγαθὸς, καλοκἀγαθός.

[a] *Vid. c. 4. Artic. 2.*

Menander. Τὸ γὰρ καλᾶσθαι ἔστι πλὴν ὀφθαλμῶν πόνος. i. *Iram enim continere labor eſt.*

4. Quomodò ex Aphæreſi dictiones tonum ſuum pictum prorſus amittant, vide caput 18 in exceptione à duabus prioribus regulis.

5. Quomodò ex Apocope, vide caput 20 in regula prima.

6. Per non-inclinationem prorſus amittunt tonum ſuum pictum, ut & [b] ordinariè inclinant ſolæ encliticæ: de quibus in capitibus nunc ſequentibus.

[b] *Extraordinarie quidem & alia, vid. cap. 18. regula 2. excep. ione 1.*

CAPUT 6.

De encliticæ vocis definitione & de nominibus encliticis.

1. ENclitica vox eſt, quæ tonum ſuum pictum in præcedentis dictionis ſyllabam ultimam inclinat, illam acuens; aut ſuo prorſus amiſſo, illa ſi per ſe acuatur, etiam in contextu orationis [a] ut non gravetur, ſed acuatur, efficit: ut ἐπίγραμμά ἔστι, *inſcriptio eſt*: ὁδός ἔστι *vita eſt.*

[a] *Alioqui gravanda. Vid. c. 3. artic. 2, 3.*

Plutarchus

Plutarchus. Ἀνάχαρσις ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις μὴ μεθύσκοιτο, Εἰ, φησιν, ἐχρῆν τοὺς μεθύσκοντας, ὁρᾶν ποιοῦσιν. i. *Anacharsis interrogatus, Quomodo quis ebrietatem fugeret, Si, inquit, videat, qualia ebrii faciant.*

Hîc φησιν in ι inclinat ſuum, illam acuens: Τὶς prorſus amittens ſuum, efficit, ut ἄν in ſermonis contextu non gravetur, ſed acuatur.

2. Voces enclitic æ ſunt [b] vel in { Nomine. Pronomine. Verbo. Adverbio. Conjunctione.

[b] *In omnibus partibus orationis, inquit Varennius, præterquam in participiis & articulis. Non reſté. Nam non in Præpoſitione.*

3. In nomine voces enclitic æ ſunt
1. τὶς τὶ indefinita.
2. Omnes utriuſque caſus per numeros omnes: ut πνὸς, πνὶ, πνὰ, πνὲ, πνοῖν πνὲς, πνῶν, πσί.
3. Pro πνὸς Attici τοῦ etiam extra compoſitionẽ cum articulo ſubjunctivo. Dor. τεῦ
4. Pro πνὶ Dor. τῷ
5. In [c] compoſitione τέω, τίωμι, &c.

[c] *Ut ὅτιω, ὅτιων. Vide c. 13. regul. 1. unà cum nota in eandem.*

Exempla aliquot.

Τίς.

Heſiodus. Δώτῃ μὲν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκε. i. *Danti quis dedit, non danti nemo dedit.*

Τί.

Pythagoras.—— Ψεῦδός δ' ἢν τί περ πλέγηται, Ἡρέως ἴσχ'. *Si quid mendacii dicatur, patienter feras.*

Τινά.

Theognis. Οὔτέ τινα πρόδωκα φίλον κὴ θυμὸν ἑταῖρον,

ἑταῖρον. i. *Neque quenquam prodidi amicum & fidelem ſocium.*

Τῦ.

Ariſtoteles. Σφόδρα τυ. *Vide hoc exemplum capite* 11. *notâ* 2. *gradu* 4.

Τεῦ.

Odyſ. τ. Ὥστέ τεῦ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος. i. *Tanquam alicujus vel inculpati regis.*

Τῷ.

Theognis. Οὐδέ τῳ ἀνθρώπων παραγίνεται ὅσσ' ἐθέλῃσι. *Neque cuiquam hominum contingunt, quæcunque velit.*

Τινέ.

Theocr. Idyl. 12. Δοιὼ δή νε τώδε μετ' ἀμφοτέροισι γυίδω. i. *Duo quidem hi invicem juncti fuerunt.*

CAPUT 7.

De encliticis pronominibus.

1. IN pronomine dictiones encliticæ ſunt in primitivo { primo. ſecundo. tertio.

2. In pronomine primitivo primo encliticæ voces ſunt μῦ, μοὶ, μὲ, & Doricum μεῦ pro μῦ.

Exempla.

Exempla.

Μέ.

Homerus in Batrachom. Οὐκ ἂν μὲ χθαμαλὴν γαῖαν ὑπείρων ἥδε κάκιστε. i. *Non fuisse, pessime, super terram me superior.*

Μοί.

Theogn. Μή μοι ἀνὴρ εἴπῃ γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. i. *Ne quis mihi verbo sit amicus, verùm etiam & facto.*

Μέ.

Idem. Ἢ μὲ φίλει καθαρὸν θέμενος νόον, ἢ στυγέοντα Ἐχθαίρ. i. *Aut me sincerè ama, aut erga abnegatum gere te inimicè.*

Μεῦ.

Theocrit. Idyl. 2. Φαίνεό μευ τὸν ἔρωθ', ὅθεν ἴκετο, φαίνα σελάνα. i. *Dic meum amorem, unde venerit, veneranda luna.*

3. In pronomine primitivo secundo encliticæ dictiones sunt

1 σοῦ. σοί. σέ.

2 Ionicum σέο pro σοῦ.

3 Dorica σεῦ, τεῦ pro σοῦ. σὶν, τὶν pro σοί.

τὺ a aptoton pro σοῦ. σοί. σέ.

* *Pronomen igitur etiam post conjunctionem disjunctivam se habet enclitice. Possidius negat: sed non recte.*

a *Nam ut σὺ in recto casu non est encliticum: sic nec τὺ pro σύ. Vide c. 20. reg. 1. exceptione 2.*

Exempla

Exempla aliquot.

Σοῦ.

Rom. cap. 8. v. 36. ut & Septuaginta in Psalm. Ενεκά [b] σε θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. i. *Tuâ causâ morti tradimur totum diem.*

[b] *Pronomen post* ἕνεκα *inclinare negant Pos-selius, Bailius, Caninius, &c. Sed errare omnes demonstrat hoc exemplum.*

Σοί.

Theognis. Ἀμφ' ἀρετῇ τρίζε, καί σοι τὸ δίκαια φίλ' ἕσω. i. *Virtutem sectare, tibique justa cordi sunto.*

Σέ.

Euripides. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σε. i. *Contra stimulos eorum, qui tibi imperant, ne calcitres.*

Σέο.

Theognis. Πῶς δέ σεο, Κρονίδη, τολμᾷ νόος ἄνδρας ἀλιτροὺς Ἐν ταυτῇ μοίρᾳ τόν τε δίκαιον ἔχειν. i. *Quomodo verò, Jupiter, audet tua mens* (i. *audes tu*, periphrasis) *eodem loco injustos & justos habere.*

Τεῦ.

Theocr. Idyl. 5. Οὔ τά τᾶν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας. i. *Comates non clàm surripuit fistulam tuam.*

Τοί.

Il. α. Καὶ ποτέ τοι τρὶς τόσσα παρέσσεται ἀγλαὰ δῶρα. i. *Et aliquando tibi ter tot aderunt splendida dona.*

Τίν.

Τίν.

* *Sic habetur in pleriſque codicibus.*

Theocr. —— Τί δέ * πιν, ἀ κυπίλαι ἐμές; i. *Quid ad te, ſi garrulæ ſumus?*

Τὺ pro σοῦ vel σοί.

Idem. —— Τέρας κέ τυ θυμὸν ἀπύξαι. i. *Portentum animum tuum percelleret.*

Τὺ pro σέ.

Idem. Εἴθ' ἦ μοι ῥοικὸν τὸ λαγαῦλον, ὥς τυ παπάξω. i. *Utinam mihi eſſet curvum pedum, quo te percuterem.*

4. In tertio pronomine primitivo encliticæ voces ſunt in numero

- ſingulari
  - 1 ἕ. οἱ. ἔ.
  - 2 Doricæ ἕυ pro ἕ. μὶν pro ἔ. νὶν pro ἔ.
- duali σφέ. & tum σφωὲ σφὼ pro σφέ.
- plurali
  - 1 σφισί. σφισίν.
  - 2 Ionicæ σφὶ pro σφισί. σφὶν pro σφισίν.
  - 3 Ionica vox σφέας
  - 4 Doricæ ϕὲ νὶν νὶν pro σφᾶς.

Exempla aliquot.

Οἵ.

Theognis. —— Κακὸν δέ οἱ ἄλλο ἔοικε. i. *Malum verò illi (ſcilicet egeſtati) nullum ſimile.*

Ἕ.

Heſiod. Καί νυ τά γ', αἴκ' ἐθέλῃ ἐπιδέρκεϲθαι, ἄλλο ἑ λήθει. i. *Et hæc, ſi velit, videt (Deus ſcilicet) neque eum latet.*

Μίν.

Μίν.

Herodotus in Polymnia. Βασιλῆά μιν ἀποδέξειν. i. *Regem eum renunciavit, ſcilicet Darius Xerxem.*

Νίν.

Theognis. Τίσαί νιν πρόφασιν μελλμίαν δέμωϕ. i. *Ulciſcere eum, ratione nullâ reddità.*

Σφέ.

Theocr. Idyl. 15. Πόττι' Ἀθαναία, ποταί σφ' ἐπόνασαν ἔειδοι; *Veneranda Minerva, quales lanificæ ea elaborârunt?*

Σφισί.

Id. Idyl. 22. Ἔνθα πολύς σφισι μόχθος ἐπιζαμενοίσιν ἐπύχθη. i. *Ibi magnus ipſis labor annitentibus fuit.*

Σφίν.

Theognis. Ὡς σφιν ἐπ' ἔργοισιν πίστις ἔτ' ἀλλμία. i. *Ut nulla amplius ipſis in factis fides.*

Ψέ.

Theocr. Idyl. 34. Ἦ πάλε κρύβδιν τὰ ποθέσποτος πᾶσας ἀμέλγεις. i. *Num alicubi eas clam veſpere omnes mulges?*

CAPUT 8. *De verbis encliticis.*

IN verbo voces encliticæ ſunt

1. illæ { εἰμὶ, ſum. / φημὶ, dico.
2. eorundem verborum cæteræ perſonæ omnes præſentis indicativi ſimplices, exceptâ ſecundâ ſingulari, & Ionico ἔασι pro εἰσί.
3. in ſecunda ſingulari verbi εἰμὶ { * εἶ, licèt non εἶς. / ἐσσὶ Poëticum pro εἶ.

* *Bailius ait* εἶ περισπώμενον *non eſſe encliticum, ſed* εἶς *(ſaltem* εἶ*) cum accentu acuto. Sanè nimis acuté. Nam ubi unquam legit ille aut* εἶς*, aut* εἶς *inclinans? Ubi aut* εἶς *aut* εἶ *(pro* εἶς*) cum accentu acuto?*

Exempla.

Exempla aliquot.

Εἰμί.

Diphilus. Ἄνθρωπός εἰμι. Τοῦτο δ' αὐτὸ τῶν ἐμῶν προφάσιν μεγίστην εἰς τὸ λυπεῖσθαι φέρει. i. *Homo sum. Hoc autem ipsum vitæ maximam dolendi causam affert.*

Εἶ.

Poëta. Αἵματός εἶ ἀγαθοῦ. i. *Ex sanguine es bono.*

Ἐστί.

Iliad. α. Εἰ μάλα καρτερός ἐστι, θεός πού σοὶ τόδ' ἔδωκε. i. *Si valdè robustus sis, Deus tibi hoc dedit.*

Ἔσσί.

Aristot. in Categoriis. Τοῦτο ἔστι χεῖρον καὶ κάλλιον. i. *Hoc est pejore melius.*

Ἐντὶ Dericum pro ἐστί.

Theages Pythagoreus. Ἀρχὰ καὶ αἰτία, καὶ κανών ἐστι τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμοσύνας ἁ τῶν θείων ὄπιγνωσις. i. *Principium & causa & norma humanæ beatitudinis est rerum divinarum cognitio.*

Εἰσί.

Xenophon 4. Ἀπομνημ. Οὐκοῦν εἴ γε δίκαια ποιοῦντες δίκαιοί εἰσι; Τίνες γὰρ ἄλλοι; ἔφη. i. *An igitur qui justa faciunt, justi sunt? Quinam enim alii? inquit.*

Φησί.

Lucianus. Ἡ καλή, φησι, λαβέτω. i. *Pulchra, inquit, capiat.*

Φασί.

Vocis φασὶ vide exemplum capite 11, in tertio gradu capacitatis.

CAPUT.

CAPUT 9.

De encliticis adverbiis.

IN adverbio enclitica ſunt, cùm indefinitè ſumuntur

hæc, nimirum
- ποτὲ, aliquando, unquam.
- ποθὶ, aliquando, alicubi.
- ποῦ, alicubi, circiter, &c.
- πῶς, aliquantum, aliquo modo, forté.
- πῶ, aliquatenus, quodammodo, alicunde, unquam, dum.
- πῇ, quodammodo, alicubi, aliquò.
- ποῖ, alicubi, aliquò, aliquo modo.

Dorica
- πόκα pro ποτέ.
- πᾶ pro πῇ.

Ionica
- κῶς pro πῶς.
- κῆ pro πῆ.

Exempla aliquot.

Ποτέ.

Pythagor.—— Πρήξῃς δ' ἀῖσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλῳ, Μήτ' ἰδίῃ.
i. *Neque cum alio unquam turpe quid agas, Neq; ſolus.*

Ποθί.

Il. α. Τειπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν, αἴκέ ποθι Ζεὺς, &c. i. *Tripliciter quadruplicitérque compenſabimus, ſi quando Jupiter*, &c.

Πῦ.

Il. ο. Εἴ τινά που Τρώων ἐξάλυξον ἄμμορα κάλλα. i. *O ſi quem Troum exiliens ferias!*

Πῶς.

Πῶς.

Phocylid. Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως ἀώνυμος ὄλῃαι. i. *Ne maneas cælebs, ne ſine nomine moriaris.*

Πῶ.

Idem. Οὐ γάρ πω δυνατὸν τὸ τετυμμένον εἶναι ἄτυκτον. i. *Non enim ullo modo, quod factum eſt, fieri poteſt infectum.*

Πῇ.

Homerus.——Οὐ δέ πῃ εἶχεν Ἀμπνεῦσαι.—— i. *Neque ullo modo poterat reſpirare.*

Ποῖ.

Xen. ἐν Κύ. παιδ. α. Ἐν Πέρσαις νόμος ἐστὶ φιλεῖν συνόντας, ὅταν γε ἴδωσιν ἀλλήλους διὰ χρόνου, ἢ ἀπιόντι * ποι ἀπ' ἀλλήλων. i. *Perſæ propinquos oſculari ſolent, cùm poſt aliquod tempus ſe mutuò viderint, aut à ſe invicem aliquò diſceſſerint.*

Πόκα.

Theocr. Idyl. 5.——Ὃν ποκ' ἐόντα Παῖδ' ἔτ' ἐγὼν ἐδίδασκον.—— *Quem olim adhuc puerum ego docebam.*

Κᾶς.

Tyrtæus. Οὐ γάρ κως θάνατόν γε φυγεῖν αἰμαρμένον ἐστίν. i. *Neque enim in fatis eſt, ut quis mortem ullo pacto effugiat.*

Κιῦ.

Herodotus in Polym. Ἔπεσά κιν πάντες. i. *Noſtis quodammodo omnes.*

---

* *Quomodo verò inclinat, ſi bet accentum quem inclinet? (quod vult Bailius) non ha-v. p. 6. in marg.*

Nota

Nota verò

Illa verba in initio capitis *cùm indefinitè ſumuntur.* Nam Enclitica quidem ſunt, cùm indefinitè uſurpantur: cùm autem interrogativè, non ſunt Enclitica.

CAPUT 10.

De Encliticis Conjunctionibus.

COnjunctiones Encliticæ ſunt.

I { τέ. κέ. κέν pro κέ. Doricum κά pro κέ.

Τέ.

Heſiod. Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔειον, ἐς τ' ἔνη φιν. *Ne differas in que craſtinum in que perendinum.*

Κέ.

Il. α. Ὅς κε θεοῖς ὑπιπείθῃ, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. i. *Qui diis optemperaverit, valde ipſum audiunt.* i. μάλα προθύμως, *benignè, promptè.*

Κέν.

Heſiod.—— Τλῶ μὲν κεν ἐπαινήσειε νοήσας. i. *Hanc quidem (litem) laudaverit ſapiens.*

Κά.

Theocr. Idyl. 11. Αἴ κα τις ζῶν ναὶ πλέων ξένος ὧδ' ἀφίκηται. i. *Si quis nave vectus hoſpes huc appulerit.*

2 exple-

2 expletivæ: quales sunt
- γέ.
- Doricum γά pro γέ.
- νῦ.
- νωί.
- θλώ.
- ῥά.
- πέρ.
- τοί.

Γέ.

Pythagor. Καὶ πευλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἐξει. i. *Et cave ea facere, quæ tibi invidiam conflent.*

Theocr. Idyl. 11. Νῦν αὐλό γα νεῖν γε μαθεῦμαι. i. *Nunc ipſum natare diſcam.*

Νῦ.

De νῦ vide caput 7, in ſecundo exemplo tertii pronominis primitivi.

Νωί & θλώ.

Il. κ. Οὔ θλω Ἕκλοει πάντα νοήματα μερέτα Ζεύς Ἐκλελέσει, ὅσα φῶ * νωι ἐέλπεται. i. *Minimè Hectori omnia cogitata conſiliarius Jupiter Perficiet, quæ exſpectat.*

Ῥά.

Il. π. —— Ὀ ῥα πάσχυ μάχης ὀπὶ κήδεα κειρεν Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. i. *Quoniam omnino pugnæ conſilia præcidit Jupiter altitonans.*

Πέρ.

De φῶ Vide caput 6. in exemplo nominis πί.

---

* *Aliqui codices habent* νῦν, *circumflectentes ſyllabam bre-* | *vem mendoſé.*

Τοί

Τοί.

Theogn. Πολλοί τοι πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται. i. *Multi mali diteſcunt, boni verò inopiâ laborant.*

τοί, cùm vel
- adjungitur (pro ὅτι vel ἐς) aut
  - nomini
    - accuſativi caſûs, ut οἶκόνδε, ἀγοραῖόνδε, domum, ad forum.
    - caſûs genitivi, accuſativo ſubſequente, aut ſubintellecto: ut ἀϊδόσδε, ad Plutonis.
  - Pronomini adjectivo accuſativi caſûs: ut ἡμέτερόνδε, ad noſtrum.
- adhibita in diſtinctione cum μὲν patitur apoſtrophum: ut ὁ μέν, ὅδ'. i. *Hic quidem, ille verò.*
- componitur cum articulo præpoſitivo: ut ὅδε, hic, * ἥδε, hæc, οἵδε, hi.

* *Vide caput* 13. *in regula* 2, *unà cum nota* 1. *in eandem.*

Exempla aliquot.

Il. α. Οἱ μὲν κακκείοντες ἔσαν οἶκόνδε ἕκαστος· i. *Hi quidem dormiturientes ibant domum ſinguli.*

Antipater aliàs Plato. Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὅδ' ὤλεσεν, ἄλλος ὁ μὲν ἀέρων Πίλφεν, ὅδ' ἀχέων λυγρὸν ἔδησε βρόχον. i. *Aurum quidam invenit, alter perdidit: ex quibus ille, qui invenit, abjecit (laqueum, quo periturus erat) qui verò non invenit, collo aptavit laqueum.*

Heſiod. —— Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι. i. *Prodeſt autem hæc (contentio) hominibus.*

δὲ

4 { εἰ δὲ in compositione cum εἰ vel αἰ; ut * εἴθε, αἴθε, utinam.
ἆρ in compositione cum ἆρα, quoties post compositionem negat, & non interrogat: ut ἄκουω, non, vel non igitur.

Phocylides. Εἴθέ σε μὴ θνητοῖσι γένεσθαι πῆμα προθεντόν. i. *Utinam tui (scilicet aurum) non fuisses mortalibus damnum desiderabile.*

Aristophanes in Ran. Οὔκουω καθησθ' ἂν ἐνθαδὶ γάργων. i. *Non sed bis igitur hîc helluo.*

---

* *Vide iterum capitis* 13. *regulam* 2, *unâ cum nota* 1. | *in eandem.*

CAPUT 11.

De Encliticarum accentûs sui inclinatione.

ENclitica vox inclinat tonum suum, cùm dictio in eadem clausula proximè præcedens capax est accentûs, qui ex inclinatione illi imponendus est.

Duntaxat hîc notentur quinque.

Notetur primò,

Quòd si dictio proximè præcedens non sit in eadem clausula, sed clausulam priorem claudat, tum Enclitica in eam accentum suum non inclinat.

Notetur

Notetur secundò,

Ad præcedentis dictionis capacitatem quod attinet, ejus esse quatuor gradus.

Gradus primus.

Primus est cùm acuitur in antepenultima: ut ἵλεώς σοι, *propitius tibi.* χρήμαλός ὄζι.

Theogn. Πλὴν πλέτυ, παν[ὸς χρήμαλός ὄζι κόρ@. i. *Omnium rerum est satietas, præterquam divitiarum.*

Gradus secundus.

Secundus est, cùm penultimam circumflectit, & ultimam corripit: ut σῶμά μν, τῦτό ὄζι.

Matth. 26. v. 26. Τῦτό ὄζι τὸ σῶμά μν. i. *Hoc est corpus meum.*

Gradus tertius.

* Tertius est, cùm accentu destituitur, idque

vel quia { nullum habet suum. / aut { prorsus amisit / inclinavit } } suum.

Cùm nullum habet suum: ut

Il. γ. Οὔ τι ἀπόβλητ ἐσὶ θεῶν ἐριτυδέα δῶρα. i. *Neutiquam rejicienda sunt deorum præclara dona.*

Οὐ *tonum nullum habet, suum. Indè in ipsum τὶ inclinat suum.*

Cùm prorsus amisit suum: ut

Arist. Eth. 2. c. 3. Ἰατρεῖαι γάρ τινές εἰσι. i. *Nam medicinæ quædam sunt, scilicet,* αἱ κολάσεις, *supplicia.*

* *Hunc Bailius restringit ad vocem monosyllabam, & naturâ toni expertem. Satis inscitè. V. exempl. 2 & 3.* a *V. c. 4.*

Cùm inclinavit ſuum: ut,

Plato in Cratylo. Σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς. i. *Nonnulli id dicunt eſſe animæ ſepulchrum. Eſt illi notatio nominis* σῶμα.

* *V.c.* 12. | In priore exemplo dictio τινὲς * prorſus amittit ſuum, in hoc poſteriore inclinat ſuum. In utroque Enclitica ſequens in eam inclinat ſuum.

Gradus quartus.

Quartus capacitatis gradus eſt, cùm vox præcedens, παροξύτονον exiſtens, penultimam producit & ultimam corripit.

Ariſtot. Ethic. 7. c. 1. Οἱ Λάκωνες ὅταν ἀγασθῶσί τινα σφόδρα τινά, Θεῖος ἀνήρ, φασί. i. *Lacones, cùm aliquem valdè admirantur, Divinus vir eſt, inquiunt.*

Egilius addit & quintum gradum: ſc. cùm utramque corripit & ſubſequitur enclitica à | σφ incepta. Sed quàm rectè ille hoc, viderint docti.

Notetur tertiò,

Quòd, quocunq; gradu vox præcedens capax eſt, in eam tamen Enclitica ſequens interdum tonum non inclinat.

Exemplum primi gradûs.

Theog. Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι·
Ἐν δ' σπουδαίῳ τρώγμαλι παυρότεροι.
i. *Multi tibi cibi & potûs ſunt comites.*
In ſerio verò negotio pauciores.
Εἰσὶ poſt βρώσι & *non inclinat.*

Exemplum ſecundi gradûs.

Sophoc. in Antigon. Τὸν δ' ἀθλίως θανόντα πολυφίλητος κέκλυμαι.

Ἀξῖοι

Ἀσσοῖσι φασὶν ἐυκελευσθῦχθαι, τὸ μὴ
Τάφῳ κλύψαι, μηδὲ κωκῦσαι τινά. i.
Miserè verò defunctum Polynicis cadaver,
Civibus ferunt præconis voce promulgatum esse,
Nè quis sepulchro condat, nec lamentetur quispiam.
Hîc neque φασὶ *post* ἀσσοῖσι, *neque* τινὰ *post* κωκῦσαι *inclinant.*

Exemplum tertii gradûs.

Hesiod. Οὔτως ἔστι πῃ ἐσὶ Διὸς νόον ἐξαλέασθαι.
i. *Ità neutiquam fieri potest, ut quis Jovis intellectum fugiat.*
Neque πῃ *post* π, *neque* ἐσὶ *post* πῃ *inclinat.*

Exemplum quarti gradûs.

Phocyl.——————Τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον:
i. *Modus enim optimus.*
Ἐστὶν *post* μέτρον *non inclinat.*

Notetur quartò,

Quòd, cùm vox præcedens primo, secundo aut tertio gradu capax est, tum Enclitica sequens apud autores plerumque inclinat accentum suum; cùm verò quarto, vix sæpiùs inclinat, quàm non inclinat.

Notetur quintò,

Causas, quare Enclitica sequens non inclinet tonum, cùm præcedens vox capax est, esse (ut videtur) quinque.

* Prima est natura materiæ exigentis pronuntiationem tum præcedentis dictionis, tum Encliticæ (si non & aliarum totius sententiæ omnium) tam deliberatam & distinctam, ac si singulæ essent distinctæ clausulæ.

---

* *Causa* 1. *de qua, & secunda apud alios, qui de tonis scripserunt, altum est silentium.*

Hujus generis videtur esse illud Sophocleum in exemplo toni non inclinati in secundo gradu ca- *Pag.29.* | pacitatis.

Causa 2 | Secunda causa est, cùm vox præcedens adhibetur in distinctionem. Hoc enim cùm fit, ad distinctionem illam exprimendam tam distinctè est pronuntianda, ac si à voce sequente esset puncto secluſa.

Pag.28 | Hujus generis est illud Theognidis in exemplo toni non inclinati in primo gradu capacitatis.

Causa 3. | Tertia causa est, cùm Enclitica ipsa adhibetur in distinctionem. Cùm enim hoc fit, ad distinctionem illam significandam tam distinctè est pronuntianda, ac si à præcedente esset secluſa punctulo: ut ἤκουσα σοῦ, *audivi à te, scilicet à te, non illo, aut ullo alio.*

* Quarta causa est, cùm Enclitica adhibetur emphaticè. Nam tum ad exprimendam emphasin similiter est pronuntianda.

Hujus exemplum est illud Menandri. ---Οὐ ψευδὴς χρὴ προσγμαι᾽ Τὸν εὖ ποιοῦντ᾽ ὅλως ἀπογνῶναι πότε. i. *De nulla re oportet rectè facientem desperare* unquam. *Hîc* πότε, *licèt enclitica sit, tamen emphaticè usurpata non inclinat.*

* Quinta causa est *libertas*, quâ in tonis pingendis usi sunt, sive authores fuerint, qui scripta sua, sive alii, qui aliena scripta, nuda relicta, tonis vestiêrunt; libertas, inquam, in singulis gradibus capacitatis, præsertim verò duobus posterioribus pro arbitrio vel inclinandi vel non inclinandi.

---

* *Cauſ.4. quam, ut & tertiam in pronominibus quidem agnoscit Varennius. Non satis. V. exempl.* ▲ *Causa 5. Hanc etiam in aliquibus pronominibus agnoscit Varennius. Sed nec hoc satis: testor citata exempla.*

Hoc,

Hoc, ad duos posteriores gradus quod attinet, constat ex modò citatis exemplis toni in illis gradibus non inclinati. *Pag.* 29.

Ad duos priores quod attinet, idem demonstrant hæc exempla.

Theocr. Idyl. 7. —— Οὐῶνεκεν ἐσσὶ Πᾶν ἐπ' ἀληθείᾳ σεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος. i. *Quoniam es Revera totus germen à Jove factum.*

Οὐῶνεκεν ἐσσὶ *dicit, non* ὕνεκέν ἐσσι.

Idem Idyl. 14. Αἶψα θὼ λέγεταί τις, Ἔβα κὴ ταῦρος ἀν' ὕλαν. *Proverbio vulgò dicitur, Abiit & taurus in sylvam.*

Θὼ *post* αἶψα *non inclinat.*

Atque ex hac libertate est, quòd εἰ & ἐσὸν, licèt nonnunquam, perrarò tamen inclinent.

CAPUT 12.

De Encliticarum amissione accentûs per non inclinationem.

HActenus de Encliticarum accentûs inclinatione. Sequitur earundem amissio accentûs per non-inclinationem.

Encliticæ voces, cùm tonum suum non inclinant, eum apud autores penè semper prorsus amittunt.

Euripid. in Alex. ut est apud Stob. Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμε, i. *Sapiens igitur es, Priame.*

Idem in Iphigenia. Πολλαὶ γὰρ πολλοῖς εἰσι ξυμφοραί. i. *Multæ enim multis sunt calamitates.*

Plat. in Crat. Χαλεπὰ τὰ καλά ἐστι. i. *Difficilia quæ pulchra.*

Anacr. Τὸ σήμερον μέλει μοι· τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν; i. *Hodiernum curo, craſtinum verò quis novit?*

In his exemplis εἰ, εἰσὶ, ἐσὶ, μοὶ prorsus amittunt tonum suum.

Duntaxat hîc excipiendum eſt

Primò de Encliticis quibuſcunque,

1. Quòd, cùm occurrit ullum ex quatuor illis prioribus (de quibus in ſuperiore capite dictum eſt) quæ in cauſa ſunt, quòd non inclinetur, tum Enclitica, ut non inclinat tonum ſuum, ſic (utcunq; ſe habeat vox præcedens) nec prorſus amittit, ſed retinet.

[a] *Pag. 30. cum 29, 28.* | Hoc indicant exempla [a] ibidem eiſdem cauſis ſubjecta.

Atque hinc eſt, quòd πῦ, quoties de induſtria diſtinguit ab ἄπλως, tonum ſuum retinet.

Atque hinc illud Pindari in diſtinguendo (non

[b] *Vid. c. 3. exempl. 11.* | τί δέ τις, ſed) [b] τί ϑ' τις, τί δ' οὐ τις; *Quid verò eſt aliquis, quid verò nullus?*

Τὶς poſt ϑ accentum ſuum retinet.

2. Quòd, cùm ſententiam vel clauſulam ordiuntur, tonum non exuunt: ut

Pythagoras. Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ ϑεὸς μεϑέπεται δικάσει. i. *Si tu malè judicaveris, te Deus poſtea judicabit.*

Σὲ *tonum retinet.*

Secundò de Pronominibus Encliticis.

Exceptio 2. | 1. Quòd illa, cùm præpoſitionem ſequuntur, apud autores plerunque accentum ſuum retinent.

Sic apud Demoſthenem, Παρὰ σοῦ, *à te*; apud Xenophontem, Ἐπὶ σοὶ, *in tua poteſtate.*

Non tamen ſemper. Epictetus. Τὰ μὴ ὄντα σοι ϑέλεις ὄντα σοι εἶναι. i. *Quæ in tua poteſtate non ſunt, vis eſſe in poteſtate tua.*

3. Quòd poſt alias etiam partes orationis interdum retinent tonum ſuum.

Hom. Odyſſ. ζ. Ἤγαγον δ' ἄρα μὲν λοῦσθαι ποταμοῖο ῥοῇσι. i. *Juſſerunt eum lavari in fluvii fluentis.*

Tertiò

Tertiò de dissyllabis Encliticis quibuscunque.

Quòd illæ, quoties sequuntur vocabulum nec ὀξύτονον, nec περισπώμενον tonum suum, si non inclinant, retinent: ut χρῖνις ἐσσί, χθὼν ἐσσί, κόνις ἐσί. | *Exceptio 3.*

Aratus. —— Τοῦ γὰρ καὶ γθὼν ἐσμέν. i. *Hujus enim etiam progenies sumus.* | *Act. 17. 28.*

Naumachius. Χρυσός τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος. i. *Aurum & argentum pulvis sunt.*

Quartò de verbo ἐστί.

1. Quòd illud, quoties sequitur ἂν, | *Exceptio 4.* ὡς, εἰ, ἢ, aut ἀλλά, tonum nec inclinat, nec omnino amittit, sed retrahit: ut ἂν ἔσῃ, ὡς ἔσῃ, εἰ ἐσῃ, ἢ ἔσῃ, ἀλλὰ ἔσῃ.

Theognis. Οὐκ ἔστι θνητοῖσι πρὸς ἀθανάτους μαχέσασθαι. i. *Non licet mortalibus contendere cum immortalibus.*

2. Quòd idem etiam facit post τοῦτο, quoties pronomen hoc patitur * apostrophum: ut τοῦτ' ἔστι.

Il. α. Εἰδ' ὅτω τοῦτ' ἔστιν, ἐμοὶ μέλλῃ φίλον εἶναι. i. *Si hoc ità se habet, mihi gratum erit.*

3. Quòd tonum similiter etiam retrahit in sententiæ principio.

Arist. Eth. 9. c. 4. Ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός. i. *Est enim amicus alter idem.*

---

* *Post τοῦτο sine apostropho, ἐστὶ non retrahit, sed inclinat tonum suum. vid. p. 19. & 27.*

Quintò de Dorico ἐντὶ pro ἐστί.

Quòd singula, quæ nunc dicta sunt de verbo ἐστί, intelligenda etiam sunt de ἐντὶ pro ἐστί. | *Exceptio 5.*

CAPUT 13.

Accentuum ratio pro ſyllabarum quantitate.

Regula 1.

ULtimâ ſyllabâ exiſtente longâ accentus nequit eſſe in antepenultima, ſed in penultimam transfertur: ut ἵλαος (*propitius*) ἱλάου, *propitii*: πόλεις, πολέων.

Duntaxat hîc partim { Nota. / Excipe.

Nota,

Not. 1. p. 2. | (Id, quod in ſecundo capite notatum eſt) vocem cum Enclitica compoſitam non haberi pro unica dictione, ſed duabus: ut ὅτεων (*quorumcunque*) & (quod pro eo Attici) ὅτεων, & Ioniçum ὅτεῳ pro ὅτῳ, *cuicunque*.

Excipe

Primò Attica.

Excep. 1. | Attici enim in quarta declinatione ſimplicium dicunt ἵλεως, ἵλεω, (*propitius, propitii*) & in ſecunda contractorum πόλεως, πόλεω, & ſimilia

Sophocles in Electra. Ἄναξ Ἄπολλον, ἵλεως αὐτοῖν κλύε. i. *Apollo rex, propitius ipſos audi.*

Secundò Ionica.

Except. 2. | Iones enim in prima ſimplicium finale ε mutantes in εω, & ων in εων, quod ad tonum, hanc regulam nihili faciunt. Sic pro Καμβύσε, πρεσβυτᾶ dicunt Καμβύσεω, * πρεσβύτεων.

* *Vid. l. 2. in excep. 3. ab excep. 2. in declinat. ſimplicium.*

Hero-

Herodotus. Αἰγύπτιοι ὑπὸ Καμβύσεω δεδουλωθέντες ἀπέστησαν ἀπὸ Περσέων. i. *Ægyptii à Cambyse in servitutem redacti decessérunt à Persis.*

Tertiò Bœotica.

Bœoti enim (teste Eustathio) in participiis passivis plurale *αι* mutantes in *η*, non propterea tonum transferunt. Sic pro λεγόμεναι (*dictæ*) ποιούμεναι (*factæ*) dicunt λεγόμενη, ποιούμενη. *Excep.* 3.

Regula 2.

Accentus super penultimam naturâ longam cadens, brevi existente ultimâ, erit circumflexus.

Hesiodus. Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα. i. *Primùm quidem domum* (compara) *uxorémq; & bovem aratorem.*

Οἶκον, γυναῖκα, ἀροτῆρα *sunt singula exemplum hujus regulæ.*

Hîc tamen etiam partem { Nota. / Excipe.

Nota primò,

Id, quod in prima regula notatum est, de voce Enclitica. Hinc τίς (*nemo*) πώ (*neque*) ὥς (*ut, vel quare*) εἴθε (*utinam*) οἵδε (*hi*) & Doricum ἐγών-γα, *ego*: *non* τίς, πώ, &c.

Nota secundò,

Syllabas δε & φι ac σφιν per paragogen adjectas casui acutitono (* sive sic reperto, sive per paragogen sic facto) se habere (ad tonum quod attinet) more vocis Encliticæ: ut τοιόνδε (*talis*) τοιοίδε, τοιαίδε (*tales*) ἑωυτόφι, ἑωυταίφι, *lectus, lecti.* * *Vid. c.* 17. *reg.* 3 &

Homerus. Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν. i. *Qualis foliorum generatio, talis & virorum.*

Excipe primò,

Quòd Dores infinitivorum, penacutorum in ειν, ſyllabâ ultimam mutantes in εν, rarò propterea tonum immutant: ut σπείρην, ἀείδην, σπείρεν, ἀείδεν.

Theocr. Idyl. 8. Ἄμφω συρίσδεν ἐπιστάμενω, ἄμφω ἀείδεν. i. *Ambo ludendi fiſtulâ periti, ambo canendi.*

Sed *rarò* dixi; non dixi *nunquam*, quia interdum immutant, ſequentes regulam: ut δώκην, δῶκεν.

Theocr. Idyl. 5. Ὅν τῷ παιδὶ δίδωμι τὰ θηρία πάντα * δῶκεν. i. *Quem* (canem) *puero do ad feras omnes perſequendas.*

---

* *Sic habetur in pleriſque codicibus.*

Excipe ſecundò,

Quòd iidem maſculinos plurales in οι, & fœmininos plurales in ες, communiter antepenacutos vel peninflexos, penacuunt, ſpretâ hâc regulâ: ut ἀνθρώποι, χῆρες, pro ἄνθρωποι, χῆρες.

Regula 3.

Quæcunque nomina apud autores frequenter occurrunt (pleraque autem occurrunt frequenter) eorum toni ex mediocri autorum lectione addiſci poſſunt: & eò nunc faciliùs; quia (ad multa quod attinet, ut non dicam pleraque) in quemcunque alium eorum caſum inter legendum incideris, ejus ductu nunc ad accentum recti ſingularis, ſecundi capitis luce præeunte, ſicut per rivulum ad fontem, pervenire poteris.

Quartò.

Sciendum tamen, quòd ſunt cùm in ſubſtantivis tum in adjectivis non pauca, quæ in ſignificatione variâ habeant accentum varium: ut βίος *vita*, βιός *arcus*: πονηρὸς *malus*, πόνηρος *laborioſus*. Horum catalogum ſcripſit Cyrillus. ſi non potiùs Philoponus; qui conjungi ſolet cum Lexico Scapulæ: quem conſule.

Quintò.

Sciendum item, quòd dialecti etiam varietas ſæpe variat tonum. V.G. Æoles accentum ſæpe retrahunt: ut pro καλὸς dicunt κάλος. Dores in quibuſdam promovent: ut pro φιλόσοφος dicunt φιλοσόφος, pro μόχθος dicunt μοχθός. Attici in quibuſdam retrahunt: ut pro μωρὸς μῶρος, pro δεσπὼς δέσπης: in quibuſdam promovent: ut pro ὅμοιος ὁμοῖος: pro τρόπαιον τροπαῖον.

Sectio 2.

DE accentu recti ſingularis in nominibus, ſicut apud Latinos de primarum mediarúmq; ſyllabarum quantitate paucæ regulæ tradi poſſunt; & eædem partim de ſubſtantivis, partim de adjectivis.

De ſubſtantivis.

Regula 1.

Subſtantiva monoſyllaba generis neutrius, ut & generum aliorum per contractionem monoſyllaba facta in recto ſingulari θεματῶν· ut πῦς, παῖς, ῥῆς.

Regula 2.

Subſtantiva quartæ declinationis contractorum ſunt omnia ὀξύτονα· ut λητώ· ἀϊδώς.

Regula 3.

Subſtantiva tertiæ contractorum in communi dialecto ſunt ὀξύτονα, ut Ἀχιλλεύς· Τυδεύς· in Dorica & Æolica παροξύτονα, ut Ἀχίλλας, Τυδέας.

Il. β. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. i. *Non eſt bonum multorum imperium, unus dominus eſto,* *Unus rex.*

Regula 4.

Verbalia in μα orta à prima ſingulari perfecti paſſivi, polyſyllaba ſi ſint, ſunt περισπώμενα, ut ποίημα μέλισμα· ſi diſſyllaba, * pro penultimæ quantitate παροξύτονα, vel θεματώματα: ut γράμμα *ſcriptum*, ῥῶμα *vulnus.*

Euripides. —— Παῖδες δ' ἄρ' ἐσθλοὶ
Κλεινὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε
Ἀγάλθημα βιότου. i. —— *Liberi boni*
Sunt pulcher theſaurus, parentibúſque
Ornamentum vitæ.

---

* *Vide lib.* 1. *cap.* 13.

Regula 5.

Eorundum verbalium diminutiva ſunt περιπερισπώμενα· ξύτονα·

ξύτονα· ut δωμάτιον domuncula, μιλισμάτιον cantiuncula.

Regula 6.

Substantiva in εια, formata ab adjectivis in ης, etiam περισπωμένης· ut εὐπέτεια ἀλήθεια, pietas, veritas.

Duntaxat

Cùm patiuntur Syncopen, παροξύτονα fiunt: ut ὑγίεια, per Syncopen ὑγιὰ· φιλοκέρδεια, φιλοκερδιὰ.

Regula 7.

Substantiva in εια orta à verbis in έω, περισπωμένης: ut δουλεία servitus, πρεσβεία legatio.

De Adjectivis.

Regula 1.

Adjectiva in κός, aptitudinem seu potentiam ad aliquid agendum significantia ὀξυτονοῦνται· ut θρεπτικὸς· ζητητικός.

Regula 2.

Adjectiva verbalia in τός παροξύτονα sunt: ut γραπτός, λευκτός.

Regula 3.

Adjectiva composita à nomine & verbi præterito medio, si passivè significant, περισπῶνται; si activè παροξύτονα fiunt, si non & fiant substantiva: ut λαόσοφος, à populo nutritus, πατροκτόνος, à patre interfectus: λαοτρόφος populi nutritor, πατροκτόνος patris interfector.

Sunt qui de accentu recti singularis in nominibus substantivis,

*stantivis, & masculini recti in positivo gradu adjectivorum & alias regulas tradunt, easdémq; quàm plurimas, sed eas partim non veras, partim, veræ ut sint, * adjectis vocabulis,* Sæpiùs, ut plurimùm, ferè semper. *Hujusmodi autem regulis lector aut innititur, aut non innititur. Si innititur, ut non semper erret; tamen (quia κατὰ παντὸς non sunt) semper errori obnoxius erit, non parùm sæpe errabit. Quòd si non innititur, aut innixus sic periclitatur, minori cum dispendio celantur, quàm traduntur. Per universam quidem accentuum rationem ubicunque in una aliqua voce, aut toto aliquo genere usus quandam sibi assumpsit* [a] *libertatem, ibi hæ voces,* interdum, plerumque, ferè semper, *& similes locum suum habent, eundémq; pernecessarium, ut, quòd libertas sit, & quæ, & quatenus ab eo sibi assumpta, & proinde nobis indulta, intelligamus. A generali item regulâ ubi dissidet aliqua species, ibi necessariò est subjungenda exceptio, licèt hæc κατὰ παντὸς οὐδὲς neque sit, neque possit esse. Sed ubi horum neutrum occurrit, imo & ubi tam feliciter nos expedit Lexicon, ibi quàm plurimas regulas tradere, quibus lector quodammodo avocetur à Lexico, & cunctâ aliâ auteritate, magistrâ certissimâ; & tamen non dare illi, ubi tutus insistat, est (ut mihi videtur) ludere, si non deludere; & non tam docere, quàm seducere,*

---

* Vide Bailium.

a Scilicet tam non pingendi tonum, quàm pingendi, tam hunc, quàm illum, tam hîc, quàm illic, tam non inclinandi, quàm inclinandi.

CAPUT

CAPUT 6.

De accentibus pronominum.

Sectio 1.

De pronominum substantivorum accentibus per casus omnes.

IN singulis casibus pronominum substantivorum quæ vocalis aut diphthongus accentum apud Grammaticos sortitur in communi eorundem inflexione, eadem, aut ea, in quam mutatur, accentum semper sortitur, idque eundem accentum, exceptis excipiendis: ut ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, *Doricè* ἐμεῦ, σεῦ, εὗ, & Poëticè ἐμέο, σέο, οἷο· in singulis vox quidem alteratur; sed tonus, aut toni locus non mutatur.

Sed addidi, exceptis excipiendis.

Excipe ergò in { *Primo.* *Secundo.* *Tertio.*

In primo pronomine substantivo excipe,

Primò de ἐγώ.

Quòd pro ἐγὼ dicunt { Æoles ἐγῶν, accentu mutato. Attici ἔγωγε, accentu retracto,

Il. γ. Ἀρνείῳ μὲν ἔγωγε ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ. *Ariéti ipsum ego assimilo velleris albi.*

Secundò de ἐμοῦ.

Quòd pro ἐμοῦ dicunt { Iones ἐμέο. Attici { 1 ut vult { Urbanus, ἐμέοθεν. Lascaris, ἐμεόθεν. 2 per syncopen, ἐμεθεν. Poëta (ut vult Cambdenus) ἐμέϑεν.

Odyſ. r. Ὄφρα καθεζόμενος μῦθον ἔπος, ἠδ' ἐπακούσῃ Ὅ ξεῖνος ἐμέθεν. i. *Vt ſedens loquatur hoſpes, & audiat me loquentem.*

Tertiò de ἐμοί,

Quòd pro ἐμοὶ Attici dicunt ἔμοιγε.

Il. α. ——————Παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι,
Οἵκοθε μ' τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. i. *Apud me & alii, Qui me honore afficient, imprimis verò Jupiter conſiliarius.*

Quartò de νῶϊ,

Quòd pro νῶϊ dicunt { Attici (vocem contrahentes) νώ: Tum vocem tum tonum mutantes { Dores ἄμμε. Æoles ἄμμε.

Bion Idyl. 5. Εἴθ' ἐμοὶ τειπόθαλον ὅλῳ λυκάβαντι παρεῖη, Ἁνίκα μήτε κρύος, μήθ' ἥλιος ἄμμε βαρύνῃ. i. *Ver mihi jucundiſſimum toto anno adſit, Quando neque frigus neq; ſol nos gravat, ſive offendit.*

Quintò de ἡμεῖς,

Quòd pro ἡμῶς dicunt { mutato, Iones ἠμέες. tum mutato tono { Dores ἄμμες & ἄμες. tum retracto { Æoles ἄμμες.

Sextò de ἡμῶν,

Quòd pro ἡμῖν dicunt { Iones ἠμέων. Poetæ ἡμέων. Dores ἀμμέων. Æoles { ἀμμάων. ἄμμεων.

Septimò

Septimò de ἡμῖν,

Quòd pro ἡμῖν dicunt mutato accentu tu, Poetæ ἄμμιν, Dores ἄμιν, Attici ἡμιν. & accentu & loco, Æoles ἄμμι. ἄμμιν.

Bion Idyl 5. Εἰ μὲ γὰρ βίοτος δὶς τόσσος ἐγένετο ἄμμιν ἔμπαλιν, i. *Nam si vitæ nobis duo tempora dedisset.*

Octavò de ἡμεῖς,

Quòd pro ἡμεῖς dicunt Iones ἧμες. Æoles (ut vult Cambd.) ἄμμες.

Excipe in secundo pronomine substantivo.

Primò de σοῦ,

Quòd pro σοῦ una cum voce mutato & tono Iones σέο. Attici σέθεν. & per Sync. σεῦ.

Il. α. Φίλεσθαι μὲν σεῦ ἐπιτάρροθον, i. *Te sum præsentior.*

Secundò de ὑμεῖς,

Quòd pro ὑμεῖς dicunt mutato & retracto tono Iones ὔμμες. Dores ὔμες. & mutato Æoles ὔμμες.

Il. α. Οὔπω μοι ὔμμες ἐπαίτιοι, ἀλλ' Ἀγαμέμνων. *Nequaquam mihi vos in causa estis, sed Agamemnon.*

Tertiò de σφῶν vel σφῷν.

Quòd pro σφῶν vel σφῷν (nam duo) in totum mutato etiam vocabulo dicunt Dores ὔμμε, Æoles ὔμμε, factum à plurali ὗμες, ὔμμες.

Quartò de ὑμῶν,

Quòd pro ὑμέων dicunt { Ionès ὑμείων. Poëtæ ὑμείων. Æoles { ὑμμείων. ὕμμων. }

Quintò de ὑμῖν.

Quòd pro ὑμῖν dicunt { Poëtæ ὑμίν. Æoles { ὔμμιν. ὔμμι. } Dores { ὔμμιν. ὔμμι. }

Theocr. Idyl. α. ——Ἐγὼ δ' ὔμμιν ϗ ἐς ὕστερον ἄλλον * δσω̃. i. *Ego verò vobis & in posterum dulciùs canam.*

---

* *Doricè pro ὅσον. Vid. c. 8. in except. 4. de modo indicativo.*

Sextò de ὑμᾶς,

Quòd pro ὑμᾶς dicunt { Ionès ὑμέας. Æoles ὔμμας. Dores ὔμμας.

Theocr. Idyl. 2. Πάντως, ϗ πελίδνης ϗ λαμπάδας ἦλθον ἐφ' ὑμέας. i. *Omnino & bipennes & faces venissent ad vos.*

Excipe in tertio pronomine ſubſtantivo.

Primò de σφε,

Quòd pro σφε dicunt { Ionès ἔο. Attici { ἔοθεν. & (per ſyncopen) ἔθεν. Poëtæ (ſi credimus Cambd.) ἔδην.

Secundò de οἱ,

Quòd pro οἱ Ionès, ſaltem Poëtæ dicunt ἕοι: ut ἕοι αὐτῷ, *ſibi ipſi*, apud Homerum.

Tertiò

Tertiò de σφεῖς,

Quòd pro σφῆς dicunt { Iones σφέας. Dores σφέ.

Quartò de σφῶν,

Quòd pro eo dicunt { Iones σφέων. Poëtæ σφείων.

Quintò de σφᾶς,

Quòd pro σφᾶς { Iones { σφέας. & interdum σφεάς. Dores, in totum mutato & vocabulo & tono, φί. Poëtæ σφέ.

Odyſ. μ. ---Αἳ ῥά τε πάντας Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅ, τις σφέας εἰσαφίκῃ. i. Quæ (ſcil. Syrenes) *omnes homines demulcent, quicunque ad eas venerint.*

Sextò de σφισὶ,

Quòd pro σφισὶ reperitur aliquando σφίσι.

Sectio 2.

De accentu pronominum adjectivorum.

Primò.

PRonomina adjectiva in maſculino genere recti ſingularis, hyperdiſſyllaba ſi ſint, ἐμός· ἐμοῦ· ἐμῷ· ἐμόν· ἐμέ· ἐμοί· ὦ ἐμέ· ἐμώ· ἐμοῖν· ἐμοῖς· ἐμούς· ἐμάς· ἐμοῖν· ἐμαῖν· ἐμοῖς· ἐμαῖς· ἐμά· ἐμοῖν· ἐμοῖς· ἐμά

Excipe

Quòd πρόσωπον { ex hyperdissyllabis unum, ut ἐκεῖνος. / è dissyllabis ὄγδοος / quatuor, { Poetic. κεῖνος pro ἐκεῖνος. / ut { Doric. τοῦτο pro τοῦτο. }

Secundò.

Accentum fœminini & neutrius generis in casu singulari pronominum adiectivorum docuit caput tertium.

Tertiò.

Reliquum tonum in omnibus aliis casibus pronominum adiectivorum docuit caput secundum.

CAPUT 7.

Accentuum ratio in omnibus personis verborum omnium cùm simplicium, tum compositorum, exceptâ secundâ singulari in modo imperativo, & primâ singulari in modis reliquis.

ACcentum secundæ personæ singularis in temporibus modi imperativi, & primæ singularis in temporibus modorum reliquorum sequuntur reliquæ omnes personæ ejusdem modi & temporis per numeros omnes; hoc est, quæ vocalis aut diphthongus tonum obtinet in secunda persona singulari temporum modi imperativi & in prima singulari temporum modorum reliquorum eadem, aut ea, in quam mutatur, tonum obtinet, idque eundem tonum, in reliquis omnibus personis numerorum

rorum omnium: ut τύπλω, τύπλοις, τύπλοι, τύπλετον, τύπλετον, τύπλομεν, τύπλετε, τύπλουσι. Ἐτυπλόμην, τύπλης, τύπλετο, τυπλέσθην, τυπλέσθην, τυπλόμεθα, τυπλεῖσθε, τύπλοντο. Πάρομαι, (adſum) πάρει, πάρεσο, πάρεσθον, πάρεσθον, πάρεσθε, πάρεσθε, πάρεσθε.

Duntaxat partim { Adde, Excipe, Nota.

Adde in genere.

Quatenus licet per accentuum leges generales.

Adde in ſpecie.

1 Quatenus licet per primi libri capitis ſecundi articulum ſeptimum. Hinc τέτυφα, τετύφαμαι· τέτυμμαι, τετύμμεθα, accentu non mutato quidem, tranſlato verò, nè præcedat antepenultimam.

2 Quatenus per ejuſdem capitis articulum octavum. Hinc à τυπῶ fit τυπίσθησαν, tono à ſede non moto, ipſo autem mutato, quia circumflexus non cadit in antepenultimam.

3 Quatenus per ejuſdem decimum quartum: Hinc ab ἴην (*ibam*) fit εἶς, εἶ in ſingulari; ſed in duali ἴτον· in plurali ἴαμεν, ἴτε, ἴσαν, quia circumflexus non cadit in ſyllabam brevem. Hinc etiam à τυπτῶ fit τυπίσθαι, quia circumflexus non cadit niſi in ſyllabam naturâ longam.

4 Quatenus per primi libri capitis decimi tertii regulam primam: τύπτω, τυπτίσθω· ἐτύπτου, ἐτυπτέτω· in utroque exemplo accentus idem remanet, ſed in primo promotus in ſyllabam ſequentem in ſecundo etiam ultra proximè ſequentem, quia

quia ultimâ productâ accentus nequit esse in antepenultima.

5 Quatenus per ejusdem capitis regulam secundam: ut τυπτόμενω, τυπτοῦ, τυπτῖτο. Locus toni idem est; sed propter ultimam brevem acutus mutatur in circumflexum.

6 Quatenus per ejusdem tertiam; ut τυπτοῖμι, τυπτίτω. Locus iterum idem: sed propter ultimam longam circumflexus mutatur in acutum.

Hæc erant addenda. *Sequuntur excipienda.*

Excipe igitur { *Generaliùs.* / *Specialiùs, nempe in peculiaribus quibusdam dialectis.*

Generaliùs

Excipe primò,

Quòd in imperativi medii aoristo secundo secunda persona tum dualis, tum pluralis accentum retrahit: ut τυποῦ, τύπεσθον, τύπεσθε.

Excipe secundò,

Quòd in præsenti indicativi activi verborum regularium in μι tertia pluralis tonum promovet, mutátque in circumflexum: ut τίθημι ἵστημι, δίδωμι, ζεύγνυμι, τιθᾶσι, ἱστᾶσι, διδοῦσι, ζεύγνῦσι.

Duntaxat

1 In dialecto Æolica sequitur primam singularem: ut τίθεντι, ἵσαντι, δίδοντι, ponunt, stant, dant. In Ionica etiam antepenultimam acuit: ut τιθέασι, διδόασι. In Dorica acuit penultimam: ut τιθέντι, ἱστάντι.

2 Verbi ἄημι (spiro) tertia pluralis etiam in communi dialecto refert primam singularem: ut ἄημι spiramus.

Excipe

Excipe tertiò,

Quòd in præsenti indicativi modi verbi εἰμὶ (*sum*) secunda singularis non sequitur tonum primæ: ut εἶς & εἶ, *es.*

Excipe quartò,

Quòd, quoties prima singularis, exit in μλω, secunda ac tertia singularis, ut & secunda cùm dualis, tum pluralis, atque etiam (nisi desit) pluralis tertia in verbis omnibus (etiam contractis ante contractionem) retrahunt tonum in syllabam priorem: ut ἐτυφάμλων, ἐτύφω, ἐτύφατο, ἐτύφασθον, ἐτύφασθε, ἐτύφαντο· τυπτόμλω (* aoristus secundus) τύπτοιο, &c. ἐκαθήμλω, ἐκάθησο, ἐκάθητο, &c. *sedebam*, &c.

Eurip. Οὐκ ἂν δυσαιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν. i. *Non poteris, non exantlatis laboribus beatus vadere.*

Agatho. Ὀλοιθ' ὁ τοῖς ἔχουσι τ' ἀγαθὰ φθονῶν. i. *Pereat qui divitibus invidet.* Hîc à * δυσόμλω, ὀλοίμλιο, fit δυσαιο, ὄλοιτο.

---

* *A Caninio & Sylburgio dicitur aoristum, (forsan rectius) χρόνος. Et cum his ego quor, intellectà voce, tempus. Sed deno aoristus, intellectà voce quia hi apud nos sunt maximè in usu.*

Duntaxat

1 Tempora in μλω dissyllaba nec in illis personis tonum retrahunt, quippe non habentia quò retrahant: ut πταίμλω (aoristus secundus medis optativus verbi ἵπταμαι) *volarem*, πταῖο, πταῖτο, &c. θυόμλω, θυῆο, θυῆτο, &c.

2 Tempora in μλω desinentia, ante compositionem dissyllab,

dissyllaba, & à diphthongo aut longâ vocali incipientia, si nec extra compositionem augeri solent, nec composita augmentum in initio habeant, tum composita nec in illis personis tonum retrahunt: ut ἥμλω (ab ἧμαι *sedeo*) *sedebam*, καθήμλω, *sedebam*, καθῆσο, καθῆτο, καθῆσθον, καθῆσθε, καθῆντο, non κάθησο, κάθητο, &c.

Demosthenes. Καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ. i. *Desidebant in Macedonia.*

3

Tempora exeuntia in μλω ante compositionem dissyllaba, & à diphthongo aut vocali longâ incipientia, & augeri solita, si composita in medio augeantur, tum composita & in illis personis sequuntur etiam regulam: ut ἵσμλω (ab ἕζομαι *sedeo*) *sederam*, καθίσμλω, καθῆσο, καθῆτο, &c. ὄρμλω (ab ὄρνυμαι) *excitabam eram*, ἐνώρμλω, ἐνῶρσο, ἐνῶρτο, &c.

Ilic. Καὶ ῥ' ἀκέουσα καθῆστο σιγῇ μάλα φίλον κῆρ. i. *Et tacita sedit reprimens charum cor.*

Ibidem. Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι. i. *Immensus autem risus excitatus est inter beatos Deos.*

4

Quorumcunque temporum prima singularis exit in μλω, eorum tertia persona pluralis Ionica imitatur illam primam: ut κειτοίμλω, *accuser* κείνοιντο, *accusentur.* Ionicè κειτοίατο· ἀκαχήμλω (ab ἀκάχιμαι) *tristabar*, ἀκάχλωτο, *tristabantur*, Ionicè ἀκαχέατο, & Poëticè ἀκαχείατο.

5

Præterea in communi dialecto quædam optativi modi tempora in μλω etiam hyperdissyllaba, nec in illis personis tonum retrahunt.

Nimirum

Nimirum

1 In optativo medio cùm barytonorum tum contractorum futurum secundum: ut τυποίμλω, τυποῖο, τυποῖτο, τυποῖτυ, &c. δαποίμλω, δαποῖο, &c.

2 In contractorum optativo passivo perfectum & pluſquamperfectum, licèt de hoc controvertatur: ut πεποιημλω, πεποιῆο, πεποιῆτο, &c.

3 In optativo passivo verborum in μι tum præsens & imperfectum, tum perfectum & pluſquamperfectum: ut διδόιμλω, διδόῖο, διδόῖτο, &c. δεδόιμλω, δεδόῖο, &c.

Hactenus exceptum generaliùs. Specialiùs etiam in peculiaribus quibuſdam dialectis excipiendum eſt.

Excipe igitur in Bœotica & Æolica:

Primò,

Quòd Bœoti & Æoles in ſua tertia plurali aoriſtorum passivorum modi indicativi, niſi tonum in prima ſyllaba reperiunt, eum, quouſque per leges generales licet, retrahunt: ut pro ἐκτάγησαν, ἐκτάγησαν, ἐτελέσθησαν, ἐμίχθησαν dicunt ἔκταγεν, ἔκταγεν, ἐτέλεσθεν, ἔμιχθεν.

Secundò,

Quòd iidem idem etiam faciunt in tertia plurali præteriti imperfecti indicativi activi verborum regularium in μι. Sic pro ἔτιθησαν, ἐδίδοσαν dicunt ἔτιθεν, ἔδιδον.

Excipe in Dorica,

Quòd Dores aoriſtorum perſonas tertias in αν & ον παροξυτονοῦσιν: ut pro ἔτυψαν, ἔλαβον, dicunt ἐτύψαν, ἐλάβον.

Excipe

Excipe in Attica & aliis,

Primò de verbo εἰμί.

Quòd, negligentes primam singularem, in præsentis indicativi persona secundâ singulari Attici dicunt ἔῃ & ἔῃς, in secunda & tertia duali Poetæ ἦστον & ἔστον & ἔτον, in tertia plurali Iones ἔασι, Æoles ἔυπ.

Epigram. Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασι. i. *Multi in Arcadia homines sunt, qui glandibus vescuntur.*

Secundò de verbo ἴημι & ἵεμαι, mitto, mittor.

Pro ἴωσι (*mittant*) Iones dicunt ἴεασι, Attici ἔᾶσι: pro εἶντω Attici ἔωντω.

Ἀτέωντά σοι ἁμαρτίαι. i.
Remissa tibi sunt peccata.

Hactenus de eis, quæ erant excipienda. Sequuntur quæ sunt notanda.

Nota igitur primò,

Verborum in μι quasdam personas quandoque reperiri, quæ deducuntur non ab ipsorum primâ singulari, sed à persona prima inusitata verbi inusitati contracti vel barytoni. Sic verbi παραπίθημι tertia singularis est non tantùm παραπίθησι, sed & παραπιθῆ, & (per syncopen) παρπιθῆ, ab inusitato παραπιθέω. Sic κέωντω pro κεῖντω, & ἐκέωντο (& sine augmento κέωντο) pro ἔκειντο, *jacebant*, ab inusitatis personis κέομαι, ἐκεόμην.

Nota secundò,

E contrà verborum in ω quasdam personas interdum

terdum occurrere, imprimis tertiam ſingularem præſentis indicativi activi, formatas non ab illorum primâ ſingulari, ſed à perſona inuſitata inuſitâti verbi in μι.

Sic verborum νοέω, φιλέω, tertia ſingularis eſt non tantùm νοέει, φιλέει, & per contractionem νοεῖ, φιλεῖ, ſed etiam νόησι, φίλησι. Sicut etiam ἀνέχω, φέρω, βρίθω, in tertia non tantùm ἀνέχει, φέρει, βρίθει, ſed etiam (tono verò in illis quidem nec ſpecie, nec ſede variato) ἀνέχησι, φέρησι, βρίθησι.

Odyſ. τ. in laudem boni regis.

Εὐθεμίας ἀνέχησι, φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθάς· βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ·
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα· θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς
Ἐξ εὐηγεσίης· Ἀρετῇσι δὲ λαοὶ ἄρδουσι.

id eſt,

Juſtitias tuetur, fert verò terra nigra
Tritica & hordea; gravantur autem arbores fructu;
Pariunt verò validos fœtus oves, & mare ſuppeditat
piſces (li, ſub ipſo.
Ex rectâ adminiſtratione. Beatè autem vivunt popu-

Hujuſmodi autem tertiæ ſingulares uſurpantur κατὰ τὸ Ἰβύκειον λεγόμενον σχῆμα. i. *per figuram, quæ appellatur Ibycæa*, ideo quòd Ibycus Poëta hoc loquendi genere plurimùm uſus eſt.

Vid. Euſtath. in Od. ν.

CAPUT 8.

De accentu ſecundæ ſingularis modi imperativi, & primæ ſingularis reliquorum modorum in verbis ſimplicibus.

Regula 1.

SEcunda ſingularis in modo imperativo, ut & prima in modis reliquis, | *De Perſona monoſyllaba.*

si monosyllaba & longa sit, circumflectitur; si monosyllaba & brevis, acuitur: ut δῦ, δὺς, *mitte, pone*: δῶ, *posuero*, ὦ, *eram*: δός, δὸς, *pone, da*.

Regula 2.

De persona dissyllaba. | Secunda singularis in modo imperativo, ut & prima singularis in modis reliquis, si dissyllaba sit, habet accentum in penultima, illum verò * pro syllabarum quantitate vel acutum vel circumflexum: ut εἶμι, *vado*, εἶχον, *habebam*, ἔσχον, *habui*: τύπτε, τύψον, τύψαι· σῶζε, σῶσον, σῶσαι.

Phocyl. Μισθὸν μοχθήσαντι δίδε, μὴ θλῖβε πένητα. i. *Mercedem ei qui operatus est, da, nè premas pauperem.*

Idem. —— Ζῶσον δ' ἀπερείσαλον ἄνδρα. i. *Virum desertum serva.*

* *Vid. lib.* 1. *c.*2. *art.*12. *& cap.*13. *reg.* 2.

Regula 3.

De persona hyperdissyllaba. | Secunda singularis in modo imperativo, & prima in reliquis hyperdissyllaba, si ultimam corripiat, παροξύτονον est, sin producat ultimam, παροξύτονον· ut ἔχθαιρε, λόγισον, λογίσω, ἐχθαίρω, λογίζω.

Pythag. Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδα μικρὴν. i. *Nè sis amico tuo inimicus peccati parvi causâ.*

Duntaxat ad duas has posteriores regulas quod attinet, excipe cùm de secunda singulari in modo imperativo tum de prima in reliquis.

Et

Et quidem de utraque { 1 *conjunctim.* 2 *disjunctim.*

De Utraque conjunctim excipe,

Quòd in verbis contractis utraque, utcunque se habuerit ante contractionem, in contractione paret regulis de contractione, de quibus lib. 1. cap. 14. ut βοάω, βοῶ, βοάομαι, βοῶμαι.

Duntaxat etiam post contractionem

1 Poëtæ, modò ο, modò ω inserentes, à regulis contractionis revocant ad regulas jam propositas: ut πλάω (*erra*) πλῶ, πηδάω (*salio*) πηδῶ, τρυγάομαι (*vindemiem*) τρυγῶμαι, Poëticè πλόω, πηδόω, τρυγόωμαι.

2 In contractorum secunda idem faciunt etiam Iones, inserto ε: ut ὁρῶ, *video*, βοῶμαι *clamem*, Ionicè ὁρέω, βοέωμαι.

3 In eadem Æoles, tonum partim mutantes, partim retrahentes, revocant etiam ad regulas jam tradtas: ut ὁράω, per contractionem ὁρῶ, Æol. ὁρῶ.

Disjunctim & sigillatim excipe.

De secunda singulari in modo imperativo.

Primò,

Quòd illa in aoristo secundo medio semper ἐξαίρετα: ut τύπτου, φάγου, ἴδου *vide*. Nam ἴδε (*vide*) adverbium est.

Duntaxat

1 Τρέπω, à τέτρομαι, παρέχω ἔχομαι.

2 Et aliorum verborum aoristus secundus medius

dius

dius/Æolicus: ut pro πυθοῦ *ſciſcitare* (Doricè πυθεῖ) Æoles dicunt πύθευ.

Secundò,

Quòd illa in trium verborum aoriſto ſecundo activo ὀξυτονοῦνται: ut* ἐλθὲ, *veni*; εὑρὲ, *inveni*; εἰπὲ, *dic*; ut & (quod Syracuſanè dicitur pro εἰπὲ) εἰπόν.

Eurip. Σὺ δ' ἐλθὲ, κἀμήλυσον Ἀργείοις τάδε. *Tu verò abi, & declara Argivis hæc.*

Theocr. Εἰπόν τί τὸ καινόν. i. *Die, quid novi ſit.*

---

* *Vid. l.* 1. *c.* 2. *art.* 10. *&* *c.* 3. *art.* 1 *&* 2.

Tertiò,

Quòd Atticis idem fit in eodem tempore verborum λαμβάνω, & εἶδω: ut λαβὲ, ἰδέ.

Ariſtoph. Ἰδὲ, λαβέ· πρόσθου. i. *Ecce, cape; appone.*

De prima ſingulari in modo indicativo

Excipe primò,

Quòd εἰμὶ *ſum*, & pro eo Doricum ἐμμὶ, & ἠμὶ *dico*; & pro eo, ἠμὶ, ὀξυτονοῦνται.

Excipe ſecundò,

Quòd in illo modo cujuſcunque conjugationis futurum ſecundum, quintæ etiam primum in voce activa ultimam, in media penultimam circumflectunt: ut τυπῶ, τυπῶμαι, τυποῦμαι, τυποῦμαι.

Duntaxat

1 In futuro ſecundo medio quinque verba ſunt ἀσυναιρέτα, nimirum βίωμαι (&, per epenthesin, βιέωμαι) *vivam*, νέωμαι (per craſin νοῦμαι, & Doricè

Doricè νεῦμαι) *revertar*, πίομαι, *bibam*, ἔδομαι, *edam*, φάγομαι, *edam*, nisi quòd Poëtæ interdum pro φάγομαι habent φαγέομαι, & pro πίομαι, πέσμαι.

Theog. Εἰ πίομαι, πενίης θυμοφθόρα μελιδαίνω
Οὐδ' ἐχθρῶν. i. *Si bibero, paupertatem animo perniciosam non curo, Neque inimicos.*

2 Aliorum etiam verborum futurum secundum medium, sicut & primum verborum quintæ conjugationis Poëtæ pro arbitrio, revocantes ad regulam jam traditam, antepenacuunt: ut pro ἀλεῦμαι, *saliam*, ἅλομαι, pro δρεμοῦμαι, *curram*, δρέμομαι: unde in compositione fluit illa tertia singularis Epigram. l. 1. Καὶ νεκὺς εἰς ζωῶν χῶρον ἀναδρέμοι. i. *Et defunctus ad vivorum regionem recurret.*

3 Æoles futuris quintæ conjugationis activis in ῶ, mediis in οῦμαι inserentes σ, secundum regulas activa παρεξύτονα, media ὠξυπαρεξύτονα reddunt: ut περῶ, περῦμαι, Æolicè πέρσω, πέρσομαι.

4 Ionες futurorum in ῶ & οῦμαι, inserto ε, tonum mutant & retrahunt: ut τυπῶ, τελῶ, τυποῦμαι, τελοῦμαι, Ionicè τυπέω, τελέω, τυπέομαι, τελέομαι.

Excipe tertiò,

Quòd Attici futurum primum activæ vocis in ίσω & άσω, mediæ in ίσομαι & άσομαι, syncope factâ, mutant illud à penacuto in ὀξυσπώμβυον, hoc ab antepenacuto in περοξυσπώμβυον: ut νομίσω, νομίσομαι, *existimabo*, ἐλάσω, ἐλάσομαι, *abigam*, Attice νομῶ, νομοῦμαι, ἐλῶ, ἐλῶμαι.

Aristoph. Ἐξελῶ σ' εἰς κόρακας. i. *Expellam te ad corvos*, pro ἐξελάσω ab ἐξελαύνω.

Sic Plato. Διαβιβῶ τὸν ποταμόν. *Transmittam fluvium*, pro διαβιβάσω.

Excipe quartò,

Quòd in modo indicativo Dores futuri primi cujuſcunque conjugationis in voce activa ultimam, in medio penultimam circumflectunt: ut δώσω, δώσομαι, ἁρπάξω, ἁρπάξομαι, *dabo, eripiam*; Doricè δῶσω, ἁρπάξῶ, δωσοῦμαι, ἁρπάξοῦμαι, & δωσῦμαι, ἁρπαξοῦμαι.

Theocr. Idyl. 8. Αἴγά τε τοι δώσω δύο μᾶ πόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι. i. *Capramq; tibi dabo gemellos, enixam, quam ter mulgeas.*

Excipe quintò,

Quòd iidem (Dores) pro ἴσομαι ab εἰμὶ dicunt ἔσοῦμαι, & ἐσοῦμαι.

De prima ſingulari in modo optativo

Excipe

Quòd, quodcunque tempus in quacunque dialecto in modo indicativo vocis activæ θείωμι, idem tempus in eadem dialecto in hoc modo ejuſdem vocis θείωμι.

Hinc

1 In communi dialecto, quintæ conjugationis futurum primum, cujuſcunque conjugationis futurum ſecundum peninflectitur: ut σπερῶ, σπερεῖμι, σπαρεῖμι (*ſevero*) φαγοῦμι (*edero*) φυγοῦμι *fugero*.

2 Futurum etiam primum * quorundam verborum Atticum ſimiliter penultimam circumflectit: ut νομιοῦμι (*exiſtimavero*) ἐλῶμι, *abegero*.

* *Quorumnam, vid. excep. 3. de prima ſingulari in modo indicativo.*

3 Idem

3 Idem etiam facit cujuscunque conjugationis futurum primum Doricum: ut τυψοῖμι, δωσοῖμι.

De prima singulari in modo subjunctivo

Excipe primò,

Quòd in illo modo, verborum in μι præsens activum, omnium verborum uterque aoristus passivus, ut & uterque aoristus activus Doricus θεισπῶ). ut πθῶ, ἱςῶ, ponam, stem; τυφθῶ, τυπῶ, verberer; σκιρ]ασῶ, ἁδῶ, (saltam, placeam) Dor. pro σκιρ]άσω, ἅδω.

Duntaxat

1 Eadem omnia (exceptis aoristis activis) Iones, inserto ε, revocantes ad regulam, παραξυτονοῦσιν· ut πθέω, ἱςέω, τυφθέω, τυσέω· & tum Poëtæ, inserto etiam ι, τυφθείω, &c. &, verso ει in η, τυφθήω, &c.

2 In tertia verborum in μι Poëtæ ante ω aliud ω inserentes, præsens ad regulam revocant: ut δίδῶ, dem, Poëticè δίδώω.

Excipe secundò,

Quòd in eodem modo perfectum & plusquamperfectum passivum cùm verborum contractorum, tum verborum in μι, horum etiam præsens passivum θεισπῶ)· ut πποιῶμαι, πθῶμαι, πθῶμαι.

CAPUT 9.

De accentu ſecundæ ſingularis modi imperativi, & primæ ſingularis modorum reliquorum in verbis compoſitis.

Sectio 1.

De ſecunda ſingulari in modo imperativo.

Regula 1.

SEcunda ſingularis in modo imperativo, ante compoſitionem monoſyllaba, in compoſitione penacuitur: ut ἕς, *mitte*, θοῦ, *pone*, σχοῦ, *habe*, δός, *da*, in compoſitione πρόσς, *admitte*, προσθοῦ, *appone*, παράσχες, *præbe*, ſeu *exhibe*, ἀπόδος, *redde*.

Phocylides. Ὧν σοι ἔδωκε θεὸς, τέκτων χρήζοντι παράσχες. i. *Quæ tibi dedit Deus, ex eis præbe egenti.*

Pittacus. Παρακαταθήκας λαβὼν δικαίως ἀπόδος. i. *Depoſita accepta juſtè reſtitue.*

Regula 2.

Eadem ante compoſitionem diſſyllaba, ſi ultimam corripit, in compoſitione evadit περισπᾶται: ut ἐλθὲ *veni*, τεῖνον *tende*, σκέψαι, μάθε, in compoſitione ἔπελθε, ἔκλινον, ἐπίσκεψαι, καταμάθε, &c.

Epictet. c. 36. Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν σοι τὸ προκείμενον, εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύναται βαστάσαι. i. *Homo, primùm conſidera, res qualis ſit; deinde naturam tuam, an ferre poſſis, explora.*

Regula

Regula 3.

Eadem, ſi ante compoſitionem vel diſſyllaba ſit, cum ultima producta, vel hyperdiſſyllaba, in compoſitione mutat nec tonum nec locum toni: ut τύπτω ἀνίτυπτω, αἰεῖν ἀφαιρεῖν, ἀγωνίζε ἀνίαγωνίζω, ἔγειρον ζωέγειρον.

Zeno. —— Μὴ πρὸς χάριν Ἄκου', ἀφαιροῦ δ' κολάκων παῤῥησίαν. i. *Nequid ad gratiam Audias, ſed aſſentatoribus os obſtruas.*

Phocylides Κτηνῶ δ' ὦ ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, ζωέγειρον. i. *Si inimici jumentum cadit in via, una eleva.*

Excipe

Duo; nimirum ἐπιλάθε (*obliviſcere*) ἀφίκου (*deveni*) à λαθοῦ *late*, & ἱκοῦ *veni*.

Sectio 2.

De prima ſingulari in modis reliquis.

Regula 1.

PRima ſingularis in reliquis modis, ſit ante compoſitionem vel hyperdiſſyllaba ſit, vel diſſyllaba ultimam producens, vel monoſyllaba, in compoſitione ſe habet, ſicut ante compoſitionem habebat: ut ὄρυξα *fodi*, ἐξώρυξα *effodi*; σταθῶ *ſtatutus ſim*, καθαστάθω *conſtitutus ſim*; δῶ *dem*, ἀποδῶ *reddam*.

Excipe

Monoſyllabam σχῶ: ut κατάσχω *contineam*.

Regula 2.

Prima singularis in reliquis modis ante compositionem dissyllaba, ῐ ultimam corripit, in compositione est περισπωμενον· ut εἰμι, *sum*, πάρειμι *adsum*: εἶμι *vado*, ἄπειμι *abeo*: δῶμαι *datus sim*, καὶ ἀδῶμαι *inditus sum*: ἴδον, εἶχον, εἶλκον (Poëticè sine augmento pro ἤδον, εἶχον, εἶλκον) ἄσιδον, ὑπεῖρεχον, ἔξελκον.

Palladas. Γῆς ἐπέλιω γυμνὸς, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι, Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος: *Terram conscendi nudus, nudúsq; subibo: Quid frustrà sudo, funera nuda videns?*

Excipe primò,

Ἔσχον *habui, tenui*, in compositione περίσχον, *appuli*, περίσχον, *praeoccupavi*, &c.

Excipe secundò,

Aorista & praeterita modi indicativi dissyllaba peninflexa: quippe quæ & in compositione, non retracto tono, primam singularem * peninflectunt: ut ὦγον, ἀνῶγον, unde Il. ξ.

——Τὼ δὲ Θεὸς ἄλλος ἀνῶγεν.

i. *Quam non Deus alius aperuit;*

ὦσα (ab ὠθέω, *pello*) ἀπῶσα, unde Il. φ.

——Ἀπῶσαν ὀχῆας. i. *Retrusit obices.*

ἤδον, καὶ ἄδον· εἶχον, ὑπερεῖχον· εἶλκον, ὀξεῖλκον· ἧκα, ζωῆκα & ἐσωῆκα· ἶγμαι, ἀφῖγμαι.

---

* *Bailius & Varennius sic haec tradunt, ut etiam tempus praesens includant: de quo tamen verum non est: ut verò sit, excipiunt κεῖμαι, ut πρόκειμαι. Sed quid tum fiet compositis verbi εἶμι, quæ sunt 20. plus, minùs? Dicendumne ἀνεῖμι (ascendo) καθεῖμι (descendo) &c? Minimè gentium: sed ἄνειμι, κάτειμι, &c.*

Euripides.

Euripid. Οὐ νῦν κ]εῖδον πρῶτον ἀλλὰ πολλάκις, Τραχεῖαν ὀργὴν ὡς ἀμήχανον φέρει. i. *Non nunc primùm perspexi, sed sæpe, Asperam iram quantæ molis sit ferre.*

Duntaxat

1 Eadem, cùm composita augmentum habent in initio & non in medio, sequuntur regulam: ut ἐκάθιδον, ἀνῴγον: unde illud Xenophontis, Ὡς ἕκαστοι ἀνῴγοιεν. i. ut *singuli aperuerunt.*

2 Eorundem aliqua, quæ augmentum nullum habere solent, interdum etiam regulam sequuntur: ut ἵζον, ἔδριζον, unde ἐνίζε (*insidiebat*) apud Etymologum; ὦσα, ἔξωσα, unde ἔξωσε (*expulit*) Actuum Apostol. c. 7. v. 45.

3 Idem etiam plerumque faciunt, cùm præpositionis, cum qua componuntur, ultima, quæ elidi solet, non eliditur: ut εἶχον, *cedebam*, εἶξα, *cessi*, ἀνώξαμεν, ἀνώγεσθαι.

4 Idem etiam facit in compositione οἶδα: ut ξυνοίδα, *conscius sum*, ἔξοιδα, κατοίδα, *compertum habeo.*

CAPUT 10.

De accentibus temporum modi infinitivi in verbis omnibus tum simplicibus tum compositis.

Regula 1.

TOnum primæ personæ singularis illius, unde formantur, temporis modi indicativi sequuntur modi infinitivi tempora hæc, nimirum

1 Præsens tempus verborum omnium præter-

quam activæ vocis verborum in μι : ut τύπτω, τύπτομαι, ἵσαμαι, τύπτειν, τύπτεσθαι, ἵσασθαι.

2 Aoristus secundus medius : ut ἐτυπόμην, ἐδόμην, τυπέσθαι, δόσθαι.

3 Futura omnia : ut τύψω, τύψειν· τυφθήσομαι, τυπήσομαι, τετύψομαι, τυφθήσεσθαι, τυπήσεσθαι, τετύψεσθαι· πεσοῦμαι vexabo, Poëticè πέσομαι, Ionicè πεσέομαι, Æolicè πέρσομαι, in infinitivo communiter πεσεῖσθαι, Poëticè πέρσεσθαι, Ionicè πεσέεσθαι, Æolicè πέρσεσθαι. δικάσω, Doricè δικάσσω, Atticè δικῶ in infinitivo communiter δικάσειν, Doricè δικασεῖν, Atticè δικᾶν.

Herod. Οὔτ' ἔφη δικᾶν ἐπ. i. *Dixitq se non amplius judicaturum.*

Regula 2.

Aoristus secundus activus verborum in ω σιεσταῖς: ut φαγεῖν, τυπεῖν, δραπέτης.

Regula 3.

Aoristus primus medius in verbis omnibus παροξυτονεῖται· ut ποιήσασθαι, τύψασθαι.

Pythag. Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι πεσεῖν δέξασθαι, Πρὶν τὰν ἡμερινῶν ἔργων τινὶς ἕκαστον ἐπέλθῃς. i. *Nè somnum mollibus in oculis recipito, Priusquam diurnorum operum unumquodque ter percensueris.*

Regula 4.

Reliqua omnia infinitivi modi tempora habent accentum in penultima, illum verò pro penultimæ quantitate acutum vel circumflexum; nimirum cùm Aoristus primus activus & uterque passivus, tum verborum in μι aoristus secundus activus, & præ-

præsens in voce activa, tum perfectum & plusquamperfectum verborum quorumlibet in voce qualibet: ut τύψαι, ἱδρῶσαι · τυφθῆναι, τυπτῶναι· δοῦναι, σῆναι, θεῖναι· ἰέναι, ἶέναι, ἑῆ· τετυφέναι, τετυπέναι, τετύφθαι, μεμνῆσθαι.

Xenoph. de Cyro. Οὔτ' ἀρίστησε, οὔτε δεῖπνησε, πρὶν ἱδρῶσαι. i. *Neque prandebat, neque cœnabat priusquam sudâsset.*

Solummodo, ad has regulas quod attinet,

Partim { *ab illis excipe.* / *de illis nota.*

Excipe generaliùs,

Quòd præsens tempus in verbis contractis, sive in ω desinat, sive in αι, post contractionem paret regulis de contractione: de quibus l. 1. c. 14 ut τελέω, τελέμαι, in infinitivo τελέειν, τελέεσθαι, sed contractione factâ τελεῖν, τελεῖσθαι.

Duntaxat

1 Contracta in ᾶν & ᾶσθαι apud Poëtas, inserto α, redeunt ad tonum primæ singularis præsentis indicativi non contractæ: ut ἐλᾶν (ab ἐλάω) *abigere*, ἀποξῆσθαι (ab ἀποξάομαι) *devitare*, Poëticè ἐλάαν, ἀποξάασθαι.

Phocyl. Ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποξάασθαι ἀνάγκῃ. i. *Sed oportet maleficum necessario devitare.*

2 Contracta in οῦσθαι Iones, verso ου in εα similiter revocant ad regulam: ut τελεῖσθαι, ἐξαλεῖσθαι, Ionicè τελέασθαι, ἐξαλέασθαι: *Vid. lib. 1 cap. 11. not. 3. in exemplo tertii gradûs.*

3 Contractorum in εῖν Dores, mutantes vocem, prout mutant & * barytona in αν, circumflexum mutant in acutum : ut ὀμπελεῖν *perficere*, ὄμπελέν.

4 Contracta in ν Iones, Attici, Dores & Poëtæ, immutantes vocem, prout immutant & * barytona in ν, circumflexum mutant similiter in acutum : ut ἀρῶ, Ionicè ἀρόμω, Atticè & Doricè ἀρόμαι, Poëticè ἀρόωμαι.

Solummodo contracta in εῖν Iones interdum sic mutant, ut mutatione factâ penultima non corripiatur : unde & tum illi accentum non mutant : ut ἀλεξεῖν, ἀλεξῆμεν.

4 Contractorum in ν Æoles unà cum voce mutant & tonum, & toni locum : ut φιλεῖν *amare*, γελᾶν *ridere*, ὑφοῦν *evehere*, Æolicè φίλων (& φίλοις) γέλαις, ὕφοις & ἴφοις.

---

* *Vid. excep.* 4. *de desinentibus in* ν.

* *Vid. excep.* 1. *de desinentibus in* ν.

Specialiùs.

De temporibus desinentibus in ν.

Primò,

Quòd temporum desinentium in ν Iones,* quoties libet, sublato è diphthongo ι vel υ, & με ante ν inserto, si παροξύτονα fuerint, tonum promovent, si δισσύλλαβα, circumflexum in acutum mutant : ut θηρᾶσθαι, *venari*, θηρέμεν, φαγεῖν, φαγέμεν *edisse*.

---

* *Interdum quidem in contractis in* εῖν *aliter faciunt, ut & in temporibus in* σῖν *non contractis, sicut in excep.* 3.

Pindarus,

Pindarus. Κερδέων ἦ χρὴ μέδον ὑμνοδέμαν. i. *Lucrorum oportet certum modulum sectari.*

Secundò,

Quòd eadem ab Ionibus alterata Attici & Dores tum addito αι, ut & Poëtæ tum postea inserto μ, antepenacuunt: ut ὑμνοδέμαν, Atticè & Doricè ὑμνοδέμαναι, Poëticè ὑμνοδέμμαναι.

Tertiò,

Quòd θεισπαίσμαα in εν non contracta Iones interdum, inferentes ε, penacuunt: ut τυπτεῖν, φαγεῖν, τυπέειν, φαγέειν.

Phocyl. Μέζω μὲ φαγέειν ἢ πίνειν, μυθολογεῖν τε. i. *Mensurâ quâdam ede & bibe, & fabulas narra.*

Quartò,

Quòd Dores pro more suo è desinentium in εν syllaba ultima tollentes iota, tonum τῆς θεισπωμένων mutant in acutum, τῆς παροξυτόνων * interdum in circumflexum: ut φαγεῖν, φαγέν· δώκεν, δῶκεν.

* *Interdum dico. Vid. lib. 1. cap. 13. reg. 2. in excep. 1.*

Quintò,

Quòd Æoles, ut contractorum, ità & nonnunquam barytonorum θεισπωμένων, exeuntium in ν, tonum & mutant & retrahunt: ut λαβεῖν, *accepisse*, Æolicè λάβην.

Item de temporibus exeuntibus in αι.

Excipe primò,

Quòd tempora desinentia in ναι (excepto aoristo primo

primo activo, cùm desinit in ναι) penultimâ correptâ (si priùs correpta non sit) & mutato ναι in μαι, Iones, utcunque ea se priùs habuerint, παροξυτονοῦσιν, Attici etiam & Dores, tum addito αι, περισπερισπωσιν: ut δοῦναι, τραφῆναι, dedisse, nutritum esse, Ionicè δόμεν, τραφέμεν, Atticè & Doricè δόμεναι, τραφέμεναι.

Duntaxat

Aoristorum passivorum penultima interdum in hac mutatione non corripitur; unde & tum Iones nec tonum mutant: ut τραφῆναι, τραφῆμεν.

Excipe secundò,

Quòd πρεισπώμενα in ῖεσθαι, non contracta, Iones inserto ε, sublatóque ι, προπαροξυτονοῦσιν: ut δανίσασθαι, Ionicè δανίεσθαι.

Theocr. Αὐτοῖσιν ναύταισιν ἐϊομένους δανέεσθαι. i. *ipsis nautis putantibus se morituros.*

Excipe tertiò,

Quòd Æoles in verbis quintæ conjugationis, quæ in perfecto indicativo activo mutant ι futuri primi in α, perfectum & plusquamperfectum infinitivi modi passivi, mutato α in ε, προπαροξυτονοῦσιν: ut τείρω, τερῶ, τέταρκα· μείρω, μερῶ, μέμαρκα, in infinitivo passivo communiter τετάρθαι, μεμάρθαι, Æolicè τέτερθαι, μέμερθαι.

Excipe quartò,

Quòd iidem Æoles perfectorum & plusquamperfectorum, communiter exeuntium in ὀρθαι, tonum itidem retrahunt: ut ἐγρηγόρθαι (ab ἐγρηγορόω, inquit Eustathius, ἐγρήγορκα, ἐγρήγορμαι) Æolicè ἐγρήγερθαι.

Iliad.

Iliad. κ. Φθέγγεο δ' ἧκεν ἰὼν θα, καὶ * ἐγερήσεσθαι ἄνωχθι. i. *Dic, quocunque iveris, & vigilare jube. Hactenus fuerunt excipienda. Sequitur notandum.*

* *Sic habetur in exemplaribus probatissimis.*

Nota igitur,

Quòd in temporibus modi infinitivi compositi tonum nunquam aut mutat, aut è loco removet: * ut σχεῖν καὶ ἀσχεῖν, κεῖσθαι προκεῖσθαι, εὑρεῖν ἐξευρεῖν, εἶναι παρεῖναι.

Philemon. Πάντ' ἔστιν ἐξευρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πόνον φεύγῃ τις. i. *Licet omnia invenire, modò quis laborem non fugiat.*

Antisthenes. Ὥσπερ αἱ ἑταῖραι τἀγαθὰ πάντα εὔχονται τοῖς ἐρασταῖς παρεῖναι, πλὴν τοῦ καὶ φρονήσεως· οὕτω καὶ οἱ κόλακες, οἷς ξυνεῖσιν. i. *Quemadmodum meretrices omnia bona optant adesse amatoribus præter intellectum & prudentiam: sic & adulatores eis, quibuscum versantur.*

* *Vid. cap.* 11. *in nota marginali in except.* 6.

CAPUT 11.

De accentibus participiorum.

1 RAtionem tonorum in omnibus casibus participiorum, præterquam in recto singulari, docuit hujus libri caput secundum.

2 Accentum fœminini & neutrius generis in recto singulari participiorum docuit caput tertium.

3 Participia in masculino recti singularis imitantur

tantur tono (tum quod ad * sedem, tum quod ad speciem attinet) primam personam singularem illius temporis verbi, unde formata sunt: ut τύπτω, τύπτων, τυπῶ, τυπῶν, εἰμὶ, ὤν.

* *Insident etiam vocali, aut illi in quam mutatur.*

Solummodo partim { Adde. Excipe. Nota.

Adde in genere,

Quatenus licet per accentuum leges generales.

Adde in specie,

1 Quatenus per primi libri capitis secundi articulum septimum: ut τύπτομαι, τυπτόμην.

2 Quatenus per ejusdem libri capitis decimi tertii regulam primam: ut ἐξώρυξα, *effodi*,* ἐξορύξας, *effodiens*, seu, *qui effodit.*

* *Vid. lib.* 1. *cap.* 13. *notâ generali* 6.

Excipe primò,

Quòd præsentis temporis participium in verbis contractis post contractionem paret regulis de contractione: de quibus lib. 1. cap. 14. ut τιλέων (à τιλέω) contractione factâ, τιλῶν.

Dun taxat

Hujusmodi contractum participium, ortum à verbo secundæ conjugationis contractorum, apud Poëtas, post syllabam brevem ο, post longam ω inserto, redit ad tonum primæ singularis præsentis indicativi

indicativi non contractæ: ut λαμπετῶν (à λαμπετάω) *ſplendens*, ὁρῶν (ab ὁράω) *videns*, πηδῶν (à πηδάω) *ſaliens*, μαιμῶν, (à μαιμάω) *properans*, Poëticè λαμπετόων, ὁράων, πηδάων, μαιμάων.

Excipe ſecundò,

Quòd participium perfecti & pluſquamperfecti temporis paſſivum ſemper παροξυτονεῖται: ut à σισόφισμαι, τέτυμμαι, σεσοφισμένος, τετυμμένος.

Phocyl. Βέλτερος ἀλκήεντος ἔλω σεσοφισμένος ἀνήρ. i. *Vir ſapiens robuſto eſt præſtantior.*

Duntaxat

Æoles abjecto augmento idem περισπᾶσθαι. Sic pro βεβλημένος, δεδεγμένος, ἐκλαμένος, ἐφθιμένος, dicunt βλήμενος, δέγμενος, κλάμενος, φθίμενος.

Excipe tertiò,

Quòd participium perfecti & pluſquamperfecti temporis cùm activum tum medium ſemper ὀξυτονεῖται: ut τετυφὼς, τέτυπώς, ἑστηκώς.

Amphis. Ἐπὶ τῷ μαθήματος ἑστηκὼς νοῦς
Αὐτῷ λέληθε παρεκπλέων τὰς ξυμφορᾶς. i. *Mens ejus* (ſcil. artificis) *defixa in artis ſtudio clàm & ſine ſenſu prætervehitur calamitates.*

Duntaxat

Æoles & in his accentum retrahunt, interdum etiam σ mutato in ν: ut τετυφὼς, Æolicè τέτυφων: ἑστὼς, βεβὼς (per ſyncopen pro ἑστηκώς, βεβηκώς) Æolicè ἕστως, βέβως.

Excipe

Excipe quartò,

Quòd in participio aoriſtus ſecundus activus, & uterque paſſivus etiam ὀξυνεῖται · ut τυπών, θείς, δύς, τυφθείς, τυπείς.

Sotades. Σοφοκλῆς ῥᾶγα * φαγὼν ςαφυλῆς πνιγεὶς πέπτωκε. i. *Sophocles acino uvæ deglutito ſuffocatus interiit.*

---

* *Vid. lib.* 1. *cap.* 2. *art.* 10. *&* *cap.* 3. *art.* 1. *&* 2.

Excipe quintò,

Quòd etiam præſentis temporis participium tum verbi κίω, tum omnium verborum in μι activum etiam ὀξύνεται · ut κιὼν *vadens*, ἰὼν, *vadens*, πθείς, ἱςάς.

Duntaxat

1 Penacuitur ἴσας, *ſcieus*, ab ἴσημι, ἀγάγας, *discens*, formatum (meo judicio) ab inuſitato ἀγάγνυμι, & γήρας, *ſeneſcens*, ab antiquo γήρημι.

2 Æoles hîc etiam tonum retrahunt : ut pro πθείς, φιλεὶς, νοεὶς, dicunt πίθεις, φίλεις, νόεις.

Excipe ſextò,

Quòd participium compoſitum, deductum à tempore, in quo compoſitio tonum retraxit, non ſequitur tempus compoſitum, ſed ſimplex : ut * ἐμὶ ὤν, πάρειμι παρών, non πάρων.

Æſchylus. Ἃ δεῖ, παρὼν φρόντιζε, μὴ παρὼν ἐπῶν. i. *Quæ opus ſunt, præſens cura, nè præſens ſis abſens.* Hactenus excipienda. Sequitur notandum,

---

* *Verba modi infinitivi & participia hoc habent commune quòd neque Proſtheſis, neque compoſitio eorum tonum unquam retrahunt.*

Nota

Nota igitur,

Participia nonnulla verbis adscribi, quæ revera ab illis non formantur, sed à tempore inusitato alius verbi inusitati.

Sic verbi θήσκω participium præsentis temporis est non modò θνήσκων paroxytonum, sed & τεθνηώς oxytonum; sed formatum ab inusitato τέθνημι, ut & νοεὶς, φιλεὶς ab inusitatis νόημι, φίλημι.

Sic κεκλήγων, κεκλήγοντος (apud Homerum) *clangens* vel *latrans*, refertur ad κλαΐζω, quod tamen necesse est fiat à κεκλήγω, licèt prorsus inusitato.

CAPUT 12.

De accentibus præpositionum.

PRæpositiones omnes (exceptis, [a] quæ accentum nullum habent) ὀξυτονοῦνται · ut ὑπὲρ · περὶ · ἐπί · &c.

Sosiades. Θνῆσκε [b] πρὸ πατρίδος. i. *Pro patria morere.*

Orpheus de Deo. —— Ἐξ ὑπάτου κραίνει πρὸ πάντ' ἐπὶ τάξει. i. *Ex alto imperat supra omnia in ordine.*

[a] *Quæ habeant nullum, v. l.* 1. *c.* 4. *art.* 6.
[b] *Vid. lib.* 1. *cap.* 2. *art.* 10. *&* *c.* 3. *art.* 1. *&* 2.

Excipe primò,

Quòd, cùm per anastrophen casualibus suis vocibus postponuntur, tum tonum retrahunt: ut Ἡρακλέους περὶ, *de Hercule*, θεῶν πάρα, *à diis.*

Theognis.

Thognis. Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι. i. *A bonis bona discès.*

Duntaxat

1 Cùm inter præpositionem sic postpositam & verbum alia vox interponitur, tum * interdum tonum retinet non retractum: ut Τῷ δ' ὅπι Τυδείδης ὤρτο.

Cùm præponitur adjectivo, quod cohæret cum substantivo, cui sic postponitur, tum nec tonum semper retrahit. *Vid. Wint. not. in Hes. p. 14.*

Il. ὁ. 531. Ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος. *Duxit ex Ephyra à fluvio Selleente.*

3 Præpositiones ἀνὰ & διὰ propter a nullam anastrophen tonum unquam retrahunt.

4 Æoles, qui in cæteris orationis partibus toties tonum retrahunt, in præpositionibus utcunque postpositis nunquam retrahunt.

---

* *Sed non (quod innuit Bailius) semper. V. exem. prius.*

a *Nè co-incidant cùm ἄνα, ô rex, & διά, Jovem: si Bailio credimus.*

Excipe secundò,

Quòd, cùm per apocopen usurpantur ἄν' ἀνά, ἀπ' pro ἀπό, pro ἄπο θεν, vel pro ἄπεστι, ἐπὶ, ὀπὶ, μετὰ, παρὰ, περὶ, ὑπὸ pro ἔνεστι, ἔπεστι, μέτεστι, πάρεστι, περίεστι, ὕπεστι, tum etiam tonum retrahunt: ut ἄνα, *surge*, ἀπὸ πατρίδος, *procul à patria*, & ἄπο *abest*, ἔνι *inest*, ἔπι *inest*, μέτα *versatur inter*, πάρα *adest*, πέρι *superest*, ὕπο *subest*.

Proverbium. Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη. i. *Sponde; præstò verò est detrimentum.*

CAPUT

CAPUT 13.

De accentibus adverbiorum.

Regula 1.

ADverbia orta ab adjectivorum genitivis pluralibus (oriuntur autem innumera) sequuntur accentum originis suæ: ut αἰσχρῶν, καλῶν, βεβαίων, ταχέων, αἰσχρῶς, καλῶς, βεβαίως, ταχέως.

Sophocles. Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι. i. *Turpe est honesto loco natis turpiter vivere.*

Isocrates. Βουλεύου μὲν βεβαίως, ἔπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. i. *Consulta quidem tardiùs, ocyùs verò perfice, quæ ex consilio decreveris.*

Duntaxat partim { Excipe, Nota.

Excipe primò

Αὐτάρκως, *sufficienter*, κακοήθως, *malignè*, deducta à genitivis αὐταρκῶν, κακοηθῶν· nisi velimus hos genitivos debere potiùs penacui, sicut * εὐήθων, σωφήθων, à quibus & similia adverbia, εὐήθως *simpliciter*, Σωφήθως *pro more*.

---

* *Vid. lib.* 1. *c.* 14. *reg.* 2. *excep.* 3.

Excipe secundò,

Quòd Dores omnia hoc genus adverbia, in dialecto communi Θεσσαλίδα in sua περιξυτονοῦσιν. ut καλῶς, σοφῶς, Doricè κάλως, σόφως.

Excipe tertiò,

Quòd iidem multa, in communi περιξύτονα, in sua

ſua περισπῶσι. Sic pro πάντως, ὅτως, αὐτομάτως, dicunt παντῶς, ὅτῶς, αὐτοματῶς.

Hactenus excipienda.

Nota,

Quòd Iones adverbia, in dialecto communi deducta à genitivis contractis, in ſua ab eiſdem deducunt ante contractionem: ut ἀληθέων, ἀτρεκέων, communiter ἀληθῶς, ἀτρεκῶς, Ionicè ἀληθέως, ἀτρεκέως.

Phocyl. Μὴ πίσυε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει. i. *Nè citò credas, priuſquam exitum perſpexeris.*

Regula 2.

Nomina adjectiva neutra adverbiaſcentia (ſæpenumerò autem adverbiaſcunt ídque tum ſingularia, tum pluralia) quod ad tonum attinet, non mutantur: ut ταχύ, ἡδύ, τάχιστα, ἥδιστα, *celere, ſuave, celerrima, ſuaviſſima,* ſunt adjectiva; ſed ſunt & adverbia, ſonantia *celeriter, ſuaviter, celerrimè, ſuaviſſimè.*

Excipe

Attica quædam: qualia ſunt ἀληθές (*verè*) ὁπτάδης (*idoneè, de induſtriâ*) ab ἀληθὲς, ὁπτάδες, *verum, idoneum.*

Thocr. Idyl. 7. Ὡς ἐφάμιλλο ὁπτάδης. i. *Sic dixi de induſtria.*

Regula 3.

Adverbia exeuntia in θεν & θι imitantur tonos originis ſuæ: ut γαῖα *terra,* γαίηθεν *è terra,* ἀγρὸς *ager,* ἀγρόθεν & ἀγρόθι *ex agro,* γῆ γῆθεν.

Γῆθεν πρὸς αὐτὸν τὸν θεὸν καὶ πατέρα. i. *A terris ad ipſum Deum & patrem* (proficiſcor) *inquit amicitia ad hoſpitem apud Cyrum Theodorum.*

Duntaxat

Duntaxat adde

Quatenus licet per leges generales toties jam inculcatas. Hinc enim ab ἀρχὴ fit ἀρχῆθεν, *à principio*; à πῶϛ (*unde*) πόθεν, *unde*; à πᾶν *omne*, πάντοθεν *undique*, in omnibus toni loco retento, ſed in primo acuto mutato in circumflexum, in duobus poſterioribus circumflexo mutato in acutum.

Regula 4.

Adverbia Attica in ι deſinentia ὀξυτονοῦνται: ut νυνί· δεῦρί· ἐνθαδί. Atticè pro νῦν, δεῦρο, ἐνθάδε, *nunc, hûc, hîc.*

Ariſtoph. Χωρεῖτε δεῦρὶ καὶ μάχεσθε τουτί. i. *Accedite hûc, & cum hoc homine pugnate.*

Regula 5.

Adverbia verbalia in εον παροξυτονοῦνται: ut λεκτέον, *dicendum eſt*, γραπτέον, *ſcribendum eſt.*

Plato, ut citatur à Theodoreto. Κακῶν ἢ αἴτιον φάναι τὸν θεὸν ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ. i. *Omni modo pugnandum eſt, nè Deus, qui bonus eſt, dicatur cauſa malorum.*

Socrates, ut citatur à Stobæo, Οὔτε ναῦν ἄνευ ἐρμὶδος ἀγκυρίας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμίζεσθαι. i. *Neque navem unicâ anchorâ, neque vitam unicâ ſpe fultam eſſe oportet.*

CAPUT

CAPUT 14.

De accentibus conjunctionum.

Conjunctio dubitativa ἆρα (num) προσδεισπᾶται, illativa verò παροξυτονεῖται.

Xenoph. in 4. Ἀπομνημονευμάτων. Ἀνθρώποις ἦ ἆρά ἐστιν, ὃν ἄν τις τρόπον βούλεται, χρῆσθαι ὅ Οὐκ. i. *Num hominibus uti licet, quo quis modo velit? Non.*

Phosidippus, vel (ut alii volunt) Crates. Ἦν ἆρα ἦ πάντων πρᾶγμα λαῖον μὴ φῦναι Μήποτε, μὴ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον. i. *Hoc igitur est omnium optimum, vel nunquam natum esse, vel natum statim emori.*

De reliquarum conjunctionum, sicut etiam adverbiorum reliquorum tonis partim faciliùs, partim certiùs ex usu constare potest, ut & ex Lexico, quàm ex ullis præceptis.

FINIS.

Evolvi hunc libellum περὶ ὀρθοτονίας inscriptum. Quod alii in eo approbârunt, comprobo. Tractatus quidem acutus; Autor gravis; labor circumflexus. Quare in communem Græcæ linguæ studiosorum usum & utilitatem

Imprimatur.

Edoardus Martin

ex Ædibus Londinensibus.

Id. Jan. 1629.